*ab illis iugum Pontificium*. — Et sub titulo, *De Hermanno*, eadem pag. ad finem, post illa verba, *Archiepiscopus Coloniensis*, dele 2. lineas, usque ad finem paginae. — Et p. 66. ad finem huius capitis, post illa verba, *Voti copos obiit*, dele 3. extremas lineas. — Sub titulo, *De Petro Aloysio*, p. 68. lin. ult. post illa verba, *Aliquam insignem*, dele 3. sequentes lineas, in pag. 69. usque ad, *His acceptis litteris*, excl. — Sub tit. de *Ioanne Dudleio*, p. 76. ad finem, post illa verba, *Divortium fecissent*, dele novem sequentes lineas, usque ad finem cap. — Sub titulo, *De Henrico II.* p. 86. post medium, & illa verba, *Capite pænas dedit*, dele 17. sequentes lineas, usque ad finem capitis. — Sub titulo, *de Scotia Regina*, pag. 96. ante finem, dele, *Ob plurimas in Elisabetha Regina vitam*, Regnique statum Machinationes. — Sub titulo, *de Comitibus Egmondano*, &c. p. 101. ante medium, post illa verba, *Calamitates ipse non viderit*, dele 6. lineas, usque ad finem capitis. — Et in eadē pagina, sub titulo, *de Caroli Philippi*, lin. 2. & illa verba, *Calamitas, quas*, dele usque ad, *Ipsum Philippi Regis*, &c. — Sub titulo, *de Casparo Colimio*, p. 109. lin. 1. post illa verba, *Laucenam Parisiensem*, dele duas sequentes lineas, usque ad, *Que tot hominū millia*, exclus. — Sub titulo, *de Francisco Duce Alenconio*, p. 125. ad medium, post illa verba, *Regū Fratribus præstetur*, dele usque ad finem capitis, & pag. — Sub titulo, *de Comite Bruchano*, p. 135. dele totum caput. — Ad finem libelli, de ijs, *Qui vel virtutibus, vel vitij notiores*, dele titulum, & distichum, *de Alexandro 6.* dele distichū de *Fernando Catholico*. — Dele distichum, *de Leone X.* simul cū notatiuncula marginali. — Dele distichū de *Henrico VIII.* — Dele distichum de *Paulo III.* simul cum notatiuncula marg. — Dele distichum, *de Petro Aloysio Farnesio*. — Dele distichum de *Henrici Coniugio*, simul cū notatiuncula margin. — Dele distichū de *Cardinali Lotharingio*, & de *Comite Egmondano*, & de *Duce Albano*, cum notatiuncula margin. & de *Ludovico Principe Condæ*, & de *Elisabetha Anglie*.

IOANNES Dinckelius.

German. Polilog. & Poëta Lutheranus.

**E**ivs Epitome Grammatica Hebraica. Wirtemberg. 1579. — Eiusdem Calendarium Poëticum, docens dies ortus, & occasus Stellarum a Poëtis denotatos, &c. Erphord. 1580. Permitt. cum suis notis.

Ddd IOAN.

ICES  
rum  
BITORU  
V  
4.



IOANNES Dolschius, *Velikirkensis*.

IOAN. Domanus, *Westphalus*.

IOAN. Donnerus.

Seu *Donerus*, Germanus.

IOAN. Doucher.

Flissinganus, ex Auctoribus Concilij Drehtani.

IOAN. Doufa, *Senior*.

Seu, P. eius *Epodon*, ex puris Iambis. Antuerpiæ 1584.

In Præfatione, *Recentem Iamborum*, &c. pag. 3. circa mediū, dele parenthesis (*quo ego viro*), &c. — Post præfationem, dele secundum poemā, *Amor Sacrarum*, &c. — Item tertium, *Libellus iste*, &c. — Lib. 1. pag. 23. dele carmen 5. ad Hadrianum Blidenbur. *Adeste Musæ*, &c. — Pag. 47. in Carmine 14. *Favere ut*, &c. dele versum, *Bonum quod*, &c. cum duobus sequent. — Pag. 58. dele Carmen 17. *Chytraa avere*, &c. — Ex Epistola Hadriani Iunij, *Iambos tuos*, &c. præfixa lib. 2. post, *Quidem illos*, dele usque ad, *Attulit mihi*, exclus. — Et paulo post, *Velle qui me delibutum*, usque ad, *Sed extra iocum*, exclus. — Lib. 2. p. 78. expunge poemā ad Adrianum Iunium, *Satim parum*, &c. — Ad finem libri expunge tria poemata, quæ incipiunt, *Vnde exordiar*, &c. *Nox ubi*, &c. *Fortè pererrabat*, &c.

EIVSDEM *Centurionatus in Plantum*, permittitur apposita nota.

EIVSDEM quoque in *Sallustij Fragmenta*, permittuntur *Note*, & *Cómentariolus* in *Horatium*, expuncta Epistola ad lectorē, quæ incipit, *Ut est hominis ingenui*, &c. sed adhibenda præscripta nota Auctoris, & operis.

EIVSDEM *Præcidanea*, pro *Tibullo*, permittuntur cum simili nota.

*Præcidanea* vero in *Petronium*, vide lit. P. in *Petronium* 3. *Class*.

IOAN. Doufa, *Filius*.

Batavus, Polilog. Calvinianus.

EIVS libri *Rerum cælestium*, & in laudem *Vmbra*, Lugduni, 1591.

Post appositam notam Auctoris, & operis, pag. 49. ad titulum Poëmatris, *ô invenum sublimis*, &c. adde, *Auctorem damnatū*, dele etiam priora quatuor carmina: insuper 28. *Matte animo*, &c. & 29. *Magnum implebis*

*avum*, &c. — Pag. 76. dele totum poemā, *Nox erat & fesso*, &c. — Pag. 82. dele totum poemā, *Dum mecum viridi*, &c.

Cum hoc ipso, *Doufa filij*, opere cunctis feruntur, *Orationes aliquot funebris*, in obitu quorundam brutorū animantium, apud eundem *Raphelengium*, 1590. — In notatione igitur funebris, *Asini*, pag. 10. dele titulo, verbum, *Monachi*. — *Papaver*, medium, dele, *Horum virtutes*, &c. — ad, *Et quidem neque in Apulia*, exclus. — Pag. 15. in fine, dele, *Sed illud est*, &c. — ad, *Quoniam tu singulari*, &c. exclus. — oratione funebris, *Pediculari*, dele, *Sicut Dathan, & Abiron absorberat*.

IOANNES DRACO.

Seu *Draconius*, German. Theolog. — Ita Lutheranus, Augustanus confessor Marpurgensis, scribebat in duobus libris, & controversia de *Religionis*, *Marpurgi*, *Ratisbonæ*, *Basileæ*, *Adversus*, quæ sicut *Orationes in obitu*, &c. perpetuò interdicuntur, ac omnino etiam eius *Postilla*, per annum.

IOANNES DRUSIUS.

Aydernadensis, seu Iannus Drusus, inferiori Germania, qui etiam in *Libro Animadversionū*, dicitur, *Ioannes Clavius Drusus*, Theologus, seu *Drusus Grammaticus* (ut ipse se nominat) Calvinianus, primum Professor Oxoniensis, in Anglia; Deinde Franckenianus, & Leidenensis.

EIVS VARIA, & PLURIMA ORVS CUL suo ordine permixta, & expurgata censentur.

EIVS *Veterum Interpretum Græcorum Etotum Verus Testamentum*, fragmenta collecta, versa, & notis illustrata ab eodem Ioanne Drusio, opus posthumum. Antwerp, apud Ioannem Ianssonium, 1622.

Post appositam notam Auctoris damni, & operis permixti, in prima libri facies, dele de fol. 2. p. 2. appone notā Auctoris damni, *Sixtino Amama*. — Postea, post folia in Epist. 42. Drusij ad Thomam Ottrivrigum, p. 5. huius Epistole, lin. 4. post verba, *In expositione huius loci*, dele de neas, usque ad, *Illi enim adducere*, exclus.

Pag. 6. cap. 2. In *Genesim*, ante medium ubi legitur, *Parum solidum est*, dele de rum. — Et pagina 85. linea 3. à fine, dele illa verba, *Ipse maluit à principio*, dele lin. eas, usque ad finem §. — Et pagina



ad medium in notis ad caput quadragesimum sextum, post illa verba, *Aversatur veritas Hebraica*, dele lineam usque ad, *Omnes qui ingressi sunt*, exclus. — Et statim, post vocem Græcam, dele ab illo loco, inclus. *Unde sequitur*, decem lin. usque ad lineam 4. in pag. 122. in illis verbis, *Consule nunc*, exclus. — Et in margine, dele notatiunculam, *Vide Bezzam*.

Pag. 327. Ex Fragmentis in *Esaiam*, ex cap. vigesimo quinto, lin. ultima, ubi legitur, *Perperam adducuntur*, dele vocem, *Perperam*. — Pag. 331. linea ultima, ex capite vigesimo octavo dele, *Hoc verum non est*. — Pag. 528. ex capite vigesimo sexto in *Jeremiam*, ubi legitur, *Perperam in Editione Romana*, dele, *Perperam*. — Pag. 688. in *Hofæam*, lin. 2. dele, *Quam recte viderint*.

EIVSDEM in loca difficiliora, *Pentateuchi* Commentarius. Opus posthumum. *Franeckeræ*, excudebat *Fredericus Heynlius*, 1617.

In prima libri facie, adscribe, *Antior damnatus, opus vero cum expurgatione permixtum*. — Deinde, expunge dedicationem *Abeli Curiandri*, & totam præfationem *Sixtini ab Amama ad Lectorem*, quæ continetur septem folijs. — Pag. 3. ad finem in præfatione, linea 3. ante *§. Dixit Hebraeos*, dele, *Ostensus error Theologorum*. — Pagin. 6. ad initium, linea 3. ante *§. Qui scripserunt*, dele vocem, *Apocryphos*, & iterum *§. linea inferius*, *Apocryphi*. — Et inferius, post alias quatuor lineas, dele, *Nec propterea Canonicus est*. — Et linea sexta ante finem, dele, *Vel potius abusi*.

## AD LOCA DIFFICILIORA GENESEOS.

Cap. 13. pag. 23. paulò ab initio, post illud, *Quid invidemus*, dele usque ad, *Cum Domino*, exclus. — Et eodem cap. pag. 24. parum ab initio, post illud, *Sapientior evadit*, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, *Scitum illud*, exclus. — Cap. 17. pagin. 33. post medium, post illud, *Diversa Religio*, dele duas lineas, usque ad, *Scire licet*, exclus. — Cap. 42. quod incipit, pag. 56. & finitur pag. 58. totum delendum, usque ad caput 43. exclus. — Cap. 47. pag. 64. ad medium, post illa verba, *Aut non est mendacium*, dele duodecim lineas, usque ad illud; *Sic cum Deus*, exclus. — Cap. 96. pagina 115. initio, post illud, *Quis utitur*, dele duas lin. usque ad illud, *Genes. 33. 18.* — Et inferius, ad medium, post illa verba, *Denati essent*, dele quinque lin. usque ad illa, *Hebraea*

*sunt*, exclusivè. — Cap. 102. pagin. 125. a dfinem in summario capitis, dele, *Vetus editio correctâ*. — Cap. 108. pagin. 131. post med. & post illa verba, *Pro Corollario*, dele, *Apocryphis*. — Cap. 111. pag. 133. parum ab initio, post illud, *Minime credebatur*, dele reliquum capitis, usque ad, cap. 112. exclus. pag. 135. — Cap. 118. p. 139. parum ab initio capitis, post illud, *Interpretantur*, adorate, dele tres lin. usque ad, *Inter genera*, exclus. — Cap. 121. pag. 153. post initium, post illud, *Timetium se*, dele, *Nam non timet verè, qui non etiam amat*. — Cap. 132. pagin. 154. parum ab initio, post illa verba, *Filij Sichem*, dele sex lin. usque ad illud, *Quod sequitur*, exclus. — Cap. 134. p. 156. ad fin. capitis post illud, *Descendere ad inferos*, dele unam lin. usque ad illud, *Ceterum Balsami*.

## AD LOCA DIFFICILIORA EXODI.

Cap. 2. pag. 157. ad finem, dele ex summario, post illa verba, *Domui suæ*, & pagina 158. post medium, & post illa verba, *Domui meæ*, dele septemdecim lineas, usque ad pag. 159. ferè ad finem capitis, & illa verba, *Addam pro coronide*, excl. — Cap. 9. pag. 166. post vocem Græcâ, *Hyozigion*, dele reliquum summarij. — Et pag. 167. parum ante finem capitis, post illud, *Educturus erat*, dele octo lineas, usque ad illud, *Clausula erit*, excl. — Cap. 24. p. 186. parum ab initio, post illud, *Omnes receperunt*, dele octo lin. usque ad illud, *Verba Hieronymi*, excl. — Cap. 29. pag. 190. post med. & post illa verba, *Non reclamabo*, dele reliquum capitis in pag. 191. — Cap. 46. p. 209. linea ultima, post illa verba, *Non laudare*, dele tres lin. usque ad initium, pag. 210. & illa verba, *Tantum requiro*, exclus. — Et in fine eiusdem capitis, dele extrema verba, *Ut ipsa experientia hodie nos docet*. — Cap. 50. p. 215. post med. paginæ, & ad fin. capitis, post illa verba, *Indocti, & imperiti*, dele reliquum capitis. — Cap. 53. p. 218. in Summario capitis, dele, *Augustini Lapsus*. — Cap. 61. p. 228. lin. 4. post initium, dele, *Imò debet*. — Et in fine eiusdem capitis, post illa verba, *Dediscere nolunt*, dele reliquum capitis.

## IN LEVITICVM.

Cap. 8. pag. 238. ad finem, post illa verba, *Non probare*, dele reliquum capitis. — Cap. 15. pag. 248. paulò ab initio, post illa verba, *Mutasse genus*, dele tres extremas lineas. — Cap. 19. pagin. 252. ante medium, post illa verba, *Voce feminina*, dele reliquum capitis. — Cap. 23. pagin. 15

D d d 2 ad

ICES  
rum  
BITORU  
V  
4.



ad finem, dele. *Quod ita melius redditur, quæ in celis.* — Cap. 25. p. 258. ad finem, post illa verba, *Inter se dissentiunt*, dele tres extremas capitis lineas. — Cap. 32. p. 268. ante medium, post illa verba, *Me docebit*, dele lineam, usque, *Fuit aliquando*, exclus. — Cap. 63. pag. 306. post initium, post illud, *Eique contradicit*, dele sex lineas, usque; ad illa verba, *Honor parentum*, exclus. — Cap. 91. pag. 337. in summario, dele, *Vulgata edito correctæ.*

## IN NUMEROS.

Cap. 4. pag. 345. post medium, post illud, *Evangelistas accommodant*, dele, *Sed hæc parum solida.* — Cap. 5. p. 347. ante medium, post illud, *Hodiequæ obtineat*, dele septem lineas, usque ad, *Manum implere*, excl. — Cap. 7. pag. 349. ad medium, dele, *Error nimis crassus.* — Cap. 8. pag. 349. dele summarium capitis. — Et p. 350. dele ex initio paginae & capitis octo lineas, usque ad, *Num. 3. 26.* — Et inferius, post 5. lineas, ibi, *Alterum erratum*, dele, *erratum.* — Et ad finem pag. & cap. post illud, *Non reclamabo*, dele 3. extremas lineas. — Cap. 10. p. 352. post medium, post illud, *Dan. 9. 20.* dele quinque lineas usque ad, *Tegumentum tabernaculi*, exclus. — Cap. 17. p. 360. initio, dele ex summario, *Error Interpretis vulgati.* — Deinde ab initio capitis, dele quinque lineas, usque ad, *Epha continet.* — Cap. 22. p. 366. paulo ante finem, post illa verba, *De filio degenerare*, dele duas lineas, usque ad illud, *Acetum scire*, excl. — Cap. 28. p. 373. post med. ibi, *male redditur*, dele, *male.* — Cap. 47. p. 401. linea 3. ab initio, ibi, *Malè à Hieronymo, & Sæter*, dele, *malè.* — Cap. 52. p. 408. post med. & post illa verba, *Unquam receperunt*, dele duas lineas, usque ad, *Iste nunquam*, exclus. — Cap. 64. p. 430. ad finem, post illa verba, *Summus Sacerdos*, dele sex lineas, usque ad, *vers. 9. Cætus*, in p. 431. exclus. — Cap. 96. p. 460. ante med. dele totum summariū capitis. — Deinde post duas lineas ab initio capitis, & illa verba, *Vulgatum vocitant*, dele lineam usque; ad, *Ego scio*, exclus. — Et post quatuor lineas, & illa verba, *Ceteri translatores*, dele quatuor lineas, usque ad, *Illud autem*, excl. — Cap. 105. p. 469. ad medium, post illa verba, *Nulla est correctio*, dele 4. extremas lineas, usque ad finem capitis. — Cap. 139. pag. 503. paulo post initium capitis, post illud, *Interpretem vulgatum*, dele septem lineas, usque ad illud, *Nolo mihi credas*, excl.

Cap. 6. pag. 511. ad finem, post illa verba, *Nimium errant*, dele lineam, usque; *Neque ergo*, exclus. — Cap. 27. pag. 567. ex summario, dele, *Græca magis proba.* — Deinde post quatuor lineas, dele, *vertendum meo iudicio.* — Et inferius, *nem, dele, Imò melius redditur.* — Et post duas alias lineas, post illud, *à vero colat.* dele reliquum capitis. — Cap. 40. pag. 567. ad finem, post illa verba, *In potestate estis*, dele reliquum capitis. — Cap. 57. dele extremam capitis lineam, post illud verbum, *Sed frustra.* — Cap. 77. paulo ante finem, dele, *Dubium.* — Post finem Pentateuchi, *In errata addendis*, dele duas lineas, ab illis *Et magni illius Raynoldi, &c.*

## EX INDICE.

De littera B. dele, *De Bibliis vulgatis, & correctæ nota.* — Bucerii iudicium, &c. — Littera R. dele, *Romam acetum, &c.*

EIVSDEM tractatus, *An per Dulium dragora significantur*, ad e. Genes. 30. & c. cūfertur cū Historia Ruth, de qua inferius.

Præfigatur nota Auctoris, & permittitur præscripta. — Ex Epistol. dedicatorie, dele inscriptionem, quæ incipit, *Humanitas.* In ipso vero tractatulo, p. 121. dele ad finem, *Homines docti.* — Et pag. 125. ad medium, *Qui viri, & quanti!*

EIVSDEM Ad loca difficilia Iosue, 3. mod. *Ecum, & Samuelem*, Commentarius. Ad dictus est Sixtini Amama, Commentarius de *Decimis Mosæicis*. Franeckeræ Friderici Heynii, 1618.

In prima libri facie, præfige notam damnati Auctoris & operis cum expurgatione permitti.

Cap. 3. num. 6. pag. 23. post medium, post illa verba, *De hac re prophetantem*, dele tres lineas, usque ad, *Verba Massi*, exclus. — Et extrema lin. eiusdē paginae, post illud, *consentaneum*, dele reliqua verba *Massi*, pag. 24. usque ad, *S. Tollite.* — Cap. 5. pag. 44. ad finem s. *Adoravit*, post illud, *Ad re solemus*, dele lineam, usque ad, *Si huius gelus*, exclus. — Cap. 8. pag. 56. initio, dele tres lineas, usque ad, *Aha, dolentis*, &c. — Cap. 13. pag. 107. ante medium, ibi, *rum posterior perperam*, dele, *Perperam.* — Cap. 15. pagin. 122. ad finem, ibi, *Perperam.* — Hieronymus Sina, dele, *Perperam.* — Inferius, pag. 124. linea 4. dele, *Ineptum.*



Cap. 21. pag. 137. post medium, dele, *Se-*  
*dam Pontifex maximus, ibi Duce, cui pare-*  
*bat?* — Cap. 24. pag. 151. ad medium,  
post illud, *A seculo, id est olim, dele reliquū*  
*notatione uel.* — Cap. 24. post titulum, *Ad-*  
*denda, pag. 157. ad finem, num. 19. 47. §. Vo-*  
*cantes nomen eius, ibi, in viam reduces, dele,*  
*in viam.* — Et extrema linea, post illud,  
*Simpliciter Dan, dele duodecim lin. usque*  
*ad illud, in pag. 158. Lesem sive Lais, excl.*

## IN IVDICES.

Cap. 1. pag. 160. ante medium §. 4. post  
illud, *In editione illa, dele quatuor lineas,*  
*usque ad n. 5. excl.* — Et eodem cap. pag.  
168. paulo post initium, n. 19. ibi, *Malè San-*  
*tes post, dele, malè.* — Cap. 2. pag. 174. ante  
medium, in linea undecima, dele *Docte, ut*  
*alia omnia.* — Ad finem verò huius cap. 2.  
pag. 186. in titulo, *Apocryphi quinam, &c.*  
ubi ex verbis Hieronymi, ait, *Librū Sapien-*  
*tiae, Ecclesiasticum, Iudith, & Tobiam, nume-*  
*rantis inter Apocryphos. Adde, intellige, &*  
*tene iam nunc certa fide Ecclesia constare om-*  
*nes illos libros esse Canonicos. Et iuxta hanc*  
*regulam exigenda esse omnia, quæ eo loco di-*  
*putantur.* — Cap. 6. pag. 220. initio, post  
illud, *Hebreos corruptos esse, dele tres lin.*  
*usque ad illud, Quod principium, excl.* — Cap.  
8. post 5. fol. pag. 245. ad fin. in §. *Abiezri-*  
*ta post illud, Unde Abiezrita, dele duas ex-*  
*trema lin. usque ad num. 33. exclus.* — Et  
mox n. 33. in §. *Baal Berith, ibi, Non asse-*  
*cutus est, dele vocem, non.* — Et lin. sequen-  
*tem, ibi, nec senes, dele, nec.* — Cap. 11.  
pag. 278. post medium, & post illud, *Mul-*  
*ti iusti, dele duas lin. usque ad, Sed quid si,*  
*exclusivè.* — Cap. 14. pagin. 304. ad me-  
dium, §. *Dulce, dele verba sequentia, usque*  
*ad, Nam dulcedo, exclusivè.* — Cap. 18.  
pag. 337. num. 22. ibi, *Malè nosler, dele,*  
*malè.* — Cap. 19. pag. 345. post medium,  
num. 8. ibi, *Malè Hieronymus, dele, malè.*  
— Eodem cap. pag. 347. num. 12. post il-  
lud, *Littera subintelligitur, dele usque ad §.*  
*13. Vade.* — Cap. 20. p. 356. num. 15. ibi,  
*Corruptam esse, dele, corruptam.*

## IN LOCA DIFFICILIORA SAMVELIS.

Cap. 1. 373. ante finem, §. *Concluserat,*  
*ibi, esse à Deo, dele sequentia, & non à natu-*  
*ra.* — Cap. 2. pag. 399. §. *Vi sedere faciat,*  
*ibi, Perperam Hieron. dele, Perperam.* —  
Cap. 5. pag. 453. ante medium, §. *Terminos*  
*eius, post illud, Magna in civitate, dele duas*  
*lineas, usque ad, Murium etiam, exclus.* —  
Et eadem pag. §. 8. *Dixerunt, ibi, non Ge-*  
*thai, dele, non.* — Cap. 8. pag. 478. ante me-

dium, §. *Semicenturiones, ibi, malè, autem*  
*Hieronymus, dele, malè.* — Cap. 9. p. 482.  
§. *Filius Abiel, ibi, malè scribitur Abiel, de-*  
*le, malè.* — Et inferius, §. *Filius Seror, ibi,*  
*Perperam in Latinis, dele, perperam.* —  
Cap. 11. pag. 514. num. 7. Post *Saul, dele,*  
*nam dignitas regia maior.* — Cap. 13. pag.  
536. num. 18. *Bethoron, ibi, Malè scribitur*  
*Michas, dele, malè.* — Cap. 14. pag. 555.  
ad med. *Hoc eo tempore, post illud, Legem*  
*adulterarunt, dele lin. usque ad, §. Virga ba-*  
*culi.*

EIVSDEM in *Librum Tobie*, castigatio-  
nes, permittuntur, apponenda tamen nota  
præscripta Auctori, & operi.

EIVSDEM *Historia Ruth ex Hebræo Latine*  
*conversa, & commentario explicata, & eiusdem*  
*historia trāslatio Græca, & notæ in eandē, Fran-*  
*nekeræ, excudebat Ægidius Radæus, 1586.*

Post præfixam notam damnati Aucto-  
ris, & operis cum expurgatione permissi,  
dele fol. 2. inscriptionem Epist. Dedic. quæ  
incipit, *Ex quo, &c.* — Ex Commentario, in  
cap. 2. p. 61. §. *Vt ex eas, post illud, Ad colli-*  
*gendum, dele usque ad, §. Non obversentur,*  
*exclus.* — In Cap. 4. pag. 73. §. *Sede hic,*  
post illud, *Nominare nolunt, dele 2. lin. us-*  
*que ad, Quæ in Græcum, exclus.*

Ex Indice, dele, *Vetusti translatoris error.*

EIVSDEM *Interpretatio Sophia Syrach,*  
*cum castigationibus, sive notis. Franekeræ,*  
*excudebat Ægid. Radæus 1596.*

In 1. lib. facie adscribe notam damnati  
Auctoris, & permissionis, cum expurgatio-  
ne operis. — Deinde dele tres lin. dedica-  
tionis, quæ incipit, *Ad Reverendissimum, &c.*  
— Ex Epist. vero Dedic. quæ incipit, *Co-*  
*hortatione tua, dele totam inscriptionem,*  
quæ incipit, *Amplissimo, &c.* — In nota-  
tionibus vero ad Prolog. Iesu Syrach, ad  
illa verba, *Non enim aequè valent, post illa*  
*notationis verba, Semper inter se, dele us-*  
*que ad, Liber interpretibus, excl.* — Ex no-  
tationibus, sive notis, cap. 1. vers. 27. super  
illa verba, *Apud ora hominum, post illud,*  
*Nimium hodie frequens est, dele usque ad,*  
*Mitto princeps, exclus.* — Cap. 4. vers. 7. su-  
per verbum, *Catui, post illa verba, Synago-*  
*ga, aut Ecclesia, dele usque ad, Magnati, ex-*  
*clus.* — Cap. 6. vers. 3. super id, *Velut tau-*  
*rus, dele sequentia, usque ad, Forsan in He-*  
*bræo, excl.* — Et vers. 36. super id, *Et si quis*  
*sapiens fuerit, ibi, si verba hæc lectio, dele illud,*  
*si.* — Cap. 14. vers. 9. super verbum, *Ani-*  
*mā, post illud, Sive cadaveris, dele usque ad,*  
*Alioqui, exclus.* — Cap. 16. vers. 5. super

ICES  
rum  
BITORU  
V



vocem, *Impiorum*, dele illa verba, *Licet corruptus sit hoc loco*. — Cap. 20. vers. 29. super verbum, *Tanquam fructus in ore*, ibi, *errat, & magis*, dele, & *magis*. — Cap. 42. vers. 7. super illud, *In expensa venditionis*, dele, *Iam dissolvere incipit*. — Cap. 46. vers. 1. ad verbum, *Nave*, post illa verba, *antiqua hac lectio est*, dele sequentia usque ad finem notationis. — Cap. 48. vers. 5. super id, *Ex inferis animam*, post illa verba, *Sic pollutus anima*, dele usque ad, *Alibi tamen*, excl. — Et eodem cap. vers. 11. super id, *Ad reducendum cor patris*, &c. ad finem notationis, dele, *Quæ vera an falsa sint, non decerno*. Cap. 49. vers. 15. ubi legitur, *Male igitur est apud interpretem nostrum*, dele apud, *Interpretem nostrum*.

EIVSDEM *In librum Esther*, Annotationes.

Post appositam notam Auctoris, & operis, ex Epistola dedicatoria ad ordines Phrisæ, pag. 3. post, *Non agnoscit*, deleantur reliqua usque ad finem. — Et ex cap. 1. vers. 10. statim in principio expungantur illa verba, *Uterque male*.

EIVSDEM *Fragmenta veterum Græcorum*, quæ extant, in libros *Hagiographos*, Iobum, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum, & Danielelem Ioh. Drusus collegit, vertit, & notis illustravit. Permittuntur adhibenda tamen nota Auctori, & operi.

EIVSDEM *Commentarius in Prophetas minores duodecim*, quorum octo ante editi, nunc auctiores, reliqui quatuor iam primū prodeunt cum eiusdem Drusij, *In Græcam editionem* 70. coniectancis, editore Sixtino Amama, & cum eiusdem Sixtini Epistola ad Marinum Marsennum Theologum Parisiensem, Amstelredami, typis Frederici Heinsij, 1617.

Adhibenda in initio nota solita, *Ianno Drusio, & Sixtino Amama*, Auctoribus damnatis. — In Epistola dedicatoria, quæ est filij Ioannis Drusij, & incipit, *Querenti mihi*, dele lin. 3. *Beata memoria*. — In pag. vero averfa, quæ incipit, ab Epistola Sixtini ad Marinum Marsennum, expunge totam per tria fol. cum dimidio.

In Præfatione in *Hosæam*, pag. 2. lin. 6. ante *Antonium Rodolphum*, dele, *Pie memoria*. — In *Prophetam Nahum*, cap. 1. pagin. 608. in medio, dele vocem, *Canonica*, & lin. sequenti vocem, *Apocryphorum*. — In *Prophetam Malachiam*, cap. 1. pagin. 1028. sub num. 4. in medio, §. *Edom*, ubi legitur, *Non Idumæa*, dele particulam, *non*. — Reliqua

spectaria ad octo illos Prophetas fecerunt antea editos, petenda ex eorundem per varia expurgatione, quæ sequitur.

EIVSDEM lectiones in *Prophetas Nahum, Habacuc, Sophoniam, Ioelem, Abdiam*. Lugduni Batavorum, apud phelengium 1595.

Post præfixam notam Auctoris damna & operis cum expurgatione permitti ipsa libri facie.

In *Naum*, cap. 1. pag. 3. lin. extrema initio pag. 4. dele, *Apocryphorum*. — Cap. 2. vers. 11. pagin. 45. lin. 2. ibi, *Sanctus*, dele, *male*. — Ex coniectancis in *Græcam editionem Nahum*, cap. 1. vers. 3. post med dele, *Recepta lectio*, continet prorsus impiam, & alienam à Dei.

In *Prophetam Habacuc*, cap. 1. pag. 88. ante medium, post illa verba, *sens in captivitatem*, dele 2. lin. alique ad *Nam ad eum*, exclus.

In *Prophetam Sophoniam*, vel in hac lectione, vel separatim. Lugdun. 1595. — Cap. 1. §. *Civitati*, &c. pag. 194. dele, *Phylumbam significare nequam potest*. — *Prophetam Ioelem*, vel in hac editione, vel separatim. Lugdun. 1595. cap. 3. vers. 7. pag. 277. §. *de loco quo*, &c. dele, *Sed quantum fert opinio, ineptè*. — Et vers. 8. pag. 278. fin. ibi, *In Hieronymo mendum esse*, dele, *mendum esse*. — In *Prophetam Ionam*, vel in hac editione, vel separatim, cap. 1. vers. 6. pag. 35. §. *Caput meum*, &c. post ea verba, *Mei Suph*, dele usque ad finem, & vers. 7. excl. — Cap. 3. vers. 4. p. 42. §. *Adhuc X. L.*, &c. post medium, post ea verba, *Non debui dele lineam*, usque ad, *Ceterum per omnia*, &c. exclus. — Ex varijs lectionibus in editionem Græcam, *Ionæ*, cap. 3. vers. 5. post med. dele, *Ergo idem est*, &c. usque ad finem §. — Ex pag. 74. 75. 76. & 77. dele 4. epigrammata tria Latina, & unum Græcum in laudem Ioh. Drusij.

Item lectiones in *Hosæam*, permittuntur appositæ nota, & ex Præfatione ablati Elogio Antonij Rodolphi Cevalerij.

Item *Lectiones in Amos Prophetam*, militer permittuntur, cum sua nota.

EIVSDEM liber primus *Hosæam*, qui vulgo, *Prior Machabeorum*, cum notis five Commentario. Franeckeræ 1600. officina Egidij Radæi, quamquam bis eodem an. repetita editione. Præfigenda initio libri nota damnati Auctoris, & operis permitti, &c.



Fol. 2. expungatur tota Epistola dedicata, quæ continetur duobus folijs, *Ad Ordines Federatos*. — Deinde in explicatione tituli, ad finem, dele, *Vel propter imperitiam rerum Iudaicarum, vel*.

EIVSDEM de *Hafidais*, quorum mentio in libris Machabæorum, libellus. Franekeræ, ex officina Ægidij Radæi, 1603.

Præfignenda nota Auctori, & operi. — Pag. vero 21. ad finem, post illa verba, *Iesu ille*, dele omnia usque ad pag. 23. post medium, & illa verba, *In quæstis meis*, excl. — Et pag. 34. ad finem, post illud, *Esse ducimus*, dele usque ad finem, pag. 35. incl. — Pag. 51. dele Epistolam, quæ incipit, *Cum ultime*, & cum inscriptione.

EIVSDEM Annotationum in Totum Iesu Christi Testamentum, sive, *Præteritum*, libri decem. Franekeræ, excudebat Ægidius Radæus, 1612.

Post præfixam notam Auctoris damna, & operis permitti in prima libri facie. Ex lib. 1. Matth. 23. p. 48. num. 9. §. *Magistri*, ubi legitur, *Imperitè Magistros*, dele, *Imperitè*. — Ex Matth. 26. pag. 53. dele n. 26. quod incipit, *Hoc est corpus*, &c. usque ad sequentem num. 30. excl. — Ex lib. 3. Luc. 15. pag. 101. ante medium, post num. 8. §. *Exerit*, dele, *Mendum*, & linea sequente, dele, *Legendum*. — Ex lib. 4. Ioan. 1. pag. 146. num. 12. lin. 4. dele, *Melius*. — Et p. 147. §. *Elias ex tu*, linea 8. dele, *Nam vulgare credit eum adhuc vivere*. — Et Ioan. 8. pag. 133. num. 51. linea 4. ante finem, dele, *Et hallucinari Chrysostomum, qui inter ea distinguit*. — Ex lib. 5. sub titulo, *Actuum*, 2. p. 157. num. 27. paulo ante medium, post illa verba, *Vel apud inferos*, dele quinque lin. usque ad, *David autem*, &c. excl. — Deinde post tres alias lineas, & post illa verba, *Excitatus esset*, dele novem alias lineas, usque ad num. 27. excl. — Deinde ex Act. 7. pag. 170. 4. linea ab initio, dele, *Locum hunc corruptum esse, simulque quomodo emendandus sit*. — Et pag. 181. sub titulo, *Actuum*, 13. num. 36. paulo ante finem, post illa verba, *Hunc locum citat*, dele duas lineas, usque ad illa verba, *Ipsam Corpus Christi*, excl. — Ex lib. 6. 1. Corinth. 8. pag. 224. post medium, §. *Cognitus est*, linea 3. dele, *Id est approbatur*.

Ex 1. Corinth. 13. p. 234. n. 8. ad medium, post ea verba, *Omniū errorum*, dele quatuor lineas, usque ad, *Nā qui credit*, excl. — Et 2. Corinth. 5. pag. 251. lin. 5. ante finem, dele, *Externam pietatem passim abominatur*.

Ex lib. 7. Ephes. 1. pag. 281. num. 11. post ea verba, *Manibus tractare*, dele 3. lineas, usque ad num. 14. qui incipit, *Parvuli*, excl.

— Et infra, linea 4. ante finem, dele, *Bene corrigunt*. — Et pag. 282. num. 24. linea 8. ante finem, dele, *Sed quid non audet imperitia?* — Et Ephes. 5. p. 284. ante finem, post illa verba, *Quid mihi videatur*, dele lineam, usque ad num. 14. excl. — Et 1. Thess. 1. pag. 297. linea 4. à principio, post ea verba, *Significare Apostolum*, dele sex lineas, usque ad num. 3. qui incipit, *Et laboris*, excl.

Ex lib. 8. Timoth. 2. pag. 306. ad finem, post illud, *Vult salvos fieri*, dele duas lineas, usque ad, *Vide Animadvers.* excl. — Et 1. ad Timoth. 3. pag. 309. post initium, §. *Vnius uxoris virum*, dele sequentes sex lineas, in quibus abutitur auctoritate Hieronymi, cuius, quandam, tanquam veram Pauli interpretationem producit, cum aperte cōstet illam ipsam, tanquam malam ab ipso, Hieronymo rejici, delendum igitur, usque ad illa verba, *Nam polygamia*, excl. — Ad Titum 1. pag. 324. ad medium, num. 8. dele, *Nimis impudenter*.

Ex Epist. ad Hebræos 5. pag. 335. num. 2. post illa verba, *Supinum errorem eius*, dele octo lineas, usque ad num. 12. excl.

Ex lib. 9. 1. Ioan. 4. p. 394. linea 3. ab initio, §. *Novit Deum*, dele, *Qui Deum novit, etiam diligit*. — Et ex Iudæ 1. pag. 398. ad medium, §. *Dilectis*, post illa verba, *Nempe cum efficacia*, dele tres sequentes lineas, usque ad num. 4. excl. — Et deinceps num. 14. pag. 400. ad finem, post illa verba, *de libris Prophetarum*, dele quatuordecim lineas, usque ad initium, pag. 401. & illa verba, *Ceterum de libro*, excl.

Ex lib. 10. Apocal. 11. pag. 423. num. 3. post illa verba, *Testamenta vocantur*, dele octodecim lineas, usque ad n. 4. excl. — Et Apoc. 17. pag. 436. post med. & post illa verba, *De quo hoc dicit*, dele duas lineas, usque ad §. sequentem, qui incipit, *Sacramentum*. — Et Apocal. 18. num. 5. pag. 439. ad finem §. *Pervenerunt*, ubi legitur, *Non satis*, dele, *Non*. — Et lin. seq. ubi legitur, *Vt recte*, dele, *Vt recte*.

Post pag. 454. fol. sequenti, sub titulo, *Mutanda, & addenda*, pagina 2. ante finem Matth. 16. §. *Carere à fermento*, &c. post illa verba, *Hoc Christus olim*, dele integrum §. usque ad pag. sequentem, post medium, & §. *Matthæi* 26. excl. — Et deinceps folio sequenti, initio §. qui incipit, *Dici potest*, dele integrum §. usque ad finem, & ad

D d d 4 finem

CES  
rum  
BITORU



finem paginae in titulo 1. Ioan. 1. 2. exclus.

Ex Indice vero, qui collectus est à Regnero Barels, & Sixtino ab Amama sectarijs, & Auctoris discipulis, dele sequentia.

*Altercationes in Christianorum scholis unde existant.*

*Cognitio quòtplex. — De descensu Christi ad inferos. — De inferno. — Sine linguarum notitia textus sacer intelligi nequit. — Serarius taxatur.*

EIVSDEM Annotationum in Novum Testamentum pars altera, quæ habetur cum Commentario ad Voces Hebraicas, N. T. Franckera 1616.

Præfigenda solita Auctoris, & operis nota. — Matth. 1. num. 18. pag. 2. post medium, & post ea verba, *Causa convenire*, dele usque ad finem §. — Num. 25. pag. 3. initio, post illa verba, *Cognatos, & consanguineos*, dele septemdecim lin. usque ad, *Sanè matricem*. (Lidet enim nonnulli veteres Patres bono, & Catholico sensu, usurpaverint locutionem illam, *Quod Christus aperuerit matricem Virginis Desparæ*, hoc tantum significantes, quod fuerit primogenitus, & unigenitus Virginis: sed quia hac nunc locutione abutuntur novatores iniuriæ in immaculatissimam Virginis integritatem, omnino neque à Catholicis usurpanda, neque nobis cum Calvinianis, & sectarijs communicanda.) Matth. 2. pag. 4 ante finem §. *Bethlehem*, linea 3. dele, *Fallit, & fallitur*. — Matth. 9. num. 5. pag. 16. ad finem §. *Remissa sunt*, post illa verba, *Sanat animam*, dele lineam, usque ad, *Videndus R. David*, excl.

— Matth. 13. num. 52. pag. 25. ad finem, post illa verba, *Regno Cælorum*, dele quinque lineas, usque ad, *Non omnes*, exclus. — Matth. 17. num. 18. pag. 35. ante medium, post illa verba, *Serarij Iesuite*, dele lineam, usque ad, *Quasi vero*, exclus. — Matth. 21. num. 5 pag. 44. post initium, & post illud, fol. 84. pag. 1. dele usque ad fin. §. — Marc. 10. num. 45. pag. 59. ad finem, post ea verba, *Iustificabit multos*, dele sex lineas usque ad finem. — Ioan. 4. num. 22. pag. 83. post med. post ea verba, *Deum docet*, dele quinque lineas, usque ad finem §. — Ioan. 17. n. 17. pag. 90. dele integrum num. 17. — In Epist. ad Roman. 5. pag. 101. ad fin. post ea verba, *Hominum, non Dei*, dele extremas duas lin. — 1. ad Timoth. 2. num. 4. pag. 110. §. *Qui omnes*, dele, *Hoc est, cum hac conditione, si credant*. — 2. Petri 2. num. 22. p. 118. §. *Canis ad vomitum*, dele totum, usque ad fin. initio pag. 119. — Epist. Iudæ 6. pag.

119. post med. §. *In iudicium*, post ea verba, *Vivos, & mortuos*, dele quatuor lin. usque ad fin. num. — Sub tit. *Additamentum*, incipit in pag. 122. — Ex Luc. 1. num. 129. post medium, dele integrum usque ad fin. in pag. 130. & tit. Luc. 2. excl. — Luc. 2. num. 7. pag. 131. post illa verba, *Nascipoterat*, dele usque ad finem, num. — Luc. 22. num. 43. pag. 140. dele integrum num. 43. usque ad titulum, Ioan. 1. excl. — Act. 3. num. 6. p. 151. post medium, & post illa verba, *Fit omne malum*, dele usque ad fin. num. — Ex pag. vero 183. ab illis verbis, *Hic tandem calamum*, dele usque ad finem libri.

EIVSDEM Elohim sive de nominibus addite sunt eiusdem notæ, &c. Franckera ex officina Ægidij Radæi 1604.

Post præfixam notam Auctoris, &c. Ex Epistola ad Lectorem, pag. 3. post illa verba, *Idem tamen*, dele quinque lineas usque ad, *Hinc etiam*, exclus. — Post illud, medium, post illud, *Firmanda*, dele 3. lin. usque ad, *Vnde filij Dei*, excl. — Pag. 16. post medium, & illa verba, *Non Theologus*, dele usque ad pag. 17. ante medium, & illa verba, *At patres*, exclus. — In notis vero pag. 54. ad finem, post illa verba, *Iudicemus Deos*, dele duas lineas, usque ad, *Cum Principem*, exclus. — Et in fine notarum, ubi est Epitaphium Puteani Hebræum, conscriptum à Iano Druetio, Iunctio adde, *Auctore damnato, hic tamen permittitur*.

EIVSDEM Tetragrammaton, sive de nomine Dei proprio, &c.

Acceperunt additamenta Epist. aliquæ & Notæ. Item Scholia in Pauli Burgens de nomine Tetragrammaton, quæ sit. Franckera, excudebat Ægidius Radæus.

Post appositam notam in ipsa librorum in Epist. dedicat. ad Ordines sacerdotum quæ incipit, *Librum hunc meum*, pag. 2. à principio, post illa verba, *Secundum prænuntiationem eius*, dele usque ad finem sequent. & ea verba, lin. penult. *Enim negamus, &c.* exclus. — In Præfat. Lectori dicto, & pio, dele 2. integras p. priores, usque ad in pag. 3. §. *Cum amicus quidam meum*, exclus. — Pag. vero 87. in Epist. ad amicum discipulum, lin. 10. à principio dele vocem, *Commentum*. In notis vero pag. 105. lin. 5. ab initio etiam ipsum *Beatus*, men eradendum.

EIVSDEM Responso ad quaestiones anonymi Theologi, iungi debet, libello de nominibus



Elolium. Franekeræ, apud Ægidium Radæum 1606.

Præfixa nota Auctoris damnati, pag. 3. post novem lin. & illa verba, *Vnquam peruenient*, dele reliquum Epistolæ.

EIVSDEM tractatus, *An per Dudaim Mandragore significetur*, qui habetur post historiam Ruth. Franekeræ 1586.

Post appositam Auctori, & tractatui notam, ex Epistolio Dedicatorio, quod incipit, *Et insignis tua eruditio*, &c. dele totam inscriptionem. — Et pag. 121. ad fin. lin. antepenultima, post illa verba, *Eo sensu accipisse*, dele lineam cū dimidia, usque ad, *Primum enim*, excl. — Et pag. 125. in medio, post, *Franciscus Iunius*, dele parenthesim (*qui viri, & quantii*).

EIVSDEM Commentarius, *Ad voces Hebraicas Novi Testamenti duplex*, Prior ordine Alphabeticō conscriptus: Alter prius editus. Franekeræ Frisiorum, excudebat Fredericus Heynſius 1616.

Post adhibitam notam Auctori, & operi, post *Abelum Curiandrum*, adde, *Auctorem damnatum*. — In voce, *Abiathar*, pag. 6. ad finem, dele, *Iuxta sententiam Theodori*, ad quem te remitto. — Et iterum in *Aceldemā*, pag. 7. ad finem, dele, *Vide Theodor.* & ubique occurrit dele cadum, nam is est Theodorus Beza, ut pag. 36. in *Bethesda*, & pag. 37. *Rursum de Bethesda*, & pag. 53. in *Dalmanntha*, pag. 86. in *Ianne Iannes*, pag. 97. in *Iscariotes*, & pag. 170. in *Theodas*. — Pag. 26. in *Bariesus*, ad finem, post illa verba, *Magus, sive in nequitia*, dele 5. lineas, usque ad finem. — Pag. 47. in *Zephus*, ante medium è Regione *Isidori*, scribe, *Non solum super confessione Petri, sed etiam super ipsum Petrum Christi Vicarium*. — Pag. 48. in *Gain*, post illud, *Ingre diuntur multi*, dele duas lineas, usque ad, *Vaillis*, excluf. — Pag. 92. in *Ioannes*, linea 5. à principio, dele, *ut sit*. — Pag. 135. in *Iudaicus*, in medio, post illa verba, *Non est prohibitum*, dele tredecim lineas, usque ad finem. — Pagina 136. in *Phariseus*, ante medium, post illa verba, *Covenit cum Theologis*, dele quatuor lineas, usque ad, *Sed ad propositum*, excluf. — Pag. 168. in *Talitha*, ad finem, post illa verba, *Non tuo merito*, dele 7. lin. usque ad finem.

EIVSDEM ad *Voces Hebraicas N.T. Commentarius posterior*, antehac editus.

Cap. 13. pag. 198. ad finem, post illa verba, *Quare dereliquisti*, dele 4. lin. usque ad, *Hebraica, haud dubie*, excluf. — Cap. 15. p.

201. ante medium, ubi legitur, *Errat sane Hieronymus*, dele, *Errat*, & inferius, post 12. lin. dele, *Et erratum Hieronymi*. — Cap. 18. p. 211. in medio, *Hieronymus perperam*, dele, *Perperam*. — Cap. 22. p. 217. dele vocem, *Correctus*, in titulo.

Idem vero *Commentarius posterior*, qui prius & minori forma editus fuit, Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini, 1582. sic corrigendus.

Post appositam notam Auctori, & operi, cap. 13. pag. 23. ante mediū, post illa verba, *Quare dereliquisti me*, dele usque ad, *Hebraica haud dubie*, excluf. — Cap. 15. p. 25. ante medium, ubi legitur, *Corrupta vox sit, nec nisi apud Græcos*, &c. dele, *Corrupta*. Inferius eadem pagina, post medium, post illa verba, *Nunquam significat*, dele usque ad, *Vellem, possem*, excluf. — Cap. 17. pag. 29. ante medium, post illa verba, *Vocem Boanerges*, dele usque ad, *Vetus lectio*, excluf. — Pag. 30. ante medium, in fine cap. 17. dele, *Imperitia quid non audet?* — Cap. 18. pag. 33. post medium, post illa verba, *Verba multum diversa sunt*, dele usque ad, *In iure Hebræorum*, excluf. — Inferius, post 2. lineas, dele vocem, *Perperam*. — Cap. 25. pag. 42. post medium, ubi legitur, *Sive quis alius Deorum, hominum-vē*, dele, *Deorum hominum-vē*.

EIVSDEM *Observationum libri duodecim*, in quibus varia variorum Auctorum loca partim corriguntur, partim explicantur, Antuerpiæ, excudebat Ægidius Radæus, 1584.

Post adhibitam notam expunge, quæ in duobus folijs sequentibus sequuntur epigrammata, & Drusij laudes. — Et pag. 8. in Indice capitum libri secūdi, dele numerū decimumquintum, *Quam vetus sit consuetudo statuas*, &c. — Et lib. 3. dele numerum primum, *Recte dici in Hebraismo, Credo in, &c.* — Et lib. 4. dele num. 23. *De articulo fidei, Descendit, &c.* — Et lib. 8. dele numerum decimum octavum.

Lib. 1. cap. 6. pag. 21. dele 4. priores lineas à principio, usque ad, *In sexta Commentariorum*, excluf. — Cap. 25. pag. 36. dele in titulo, *Manifesti erroris convictus*, & post 4. lineas, & illa verba, *Clara luce vastabitur*, dele tres lineas, usque ad, *Sciendum igitur*, excluf. — Et in fine capituli, dele, *Erroremque, quem sciebat, non annotaret*.

Lib. 2. cap. 4. quod inscribitur, *Locus quidam Hieronymi expensus*, dele totum capit. — Et cap. 15. quod inscribitur, *Quam sit vetus*

CES  
rum  
BITORŪ  
V  
A.



vetus consuetudo, &c. pag. 48. dele totum cap. cum titulo. — Cap. 25. quod inscribitur, *Detectum Hieronymi*, &c. dele tit. cum 4. prioribus lineis, usque ad, *Cuius in Abdiam*, exclus. — Et pag. 57. in medio, dele, *ad autem* (cum venia ipsius dixerim) falsum est.

Lib. 3. pag. 58. dele integrum caput 1. cum titulo, qui inscribitur, *Recte dici in Hebraismo*, &c. — Pag. 60. cap. 2. quod inscribitur, *Censura in locum quendam*, &c. dele priora illa verba, *Falsum est quod*. — Pagin. 70. cap. 13. quod inscribitur, *Locus quidam Hieronymi examinatus*, dele quod sequitur, *Et correctus*, & in fine capitis, & pag. 71. dele, *Quos nequitiam possis librariis imputare*.

Lib. 4. pag. 91. cap. 13. post illa verba tituli, *Episcopum*, & *Presbyterum antiquitus eundem fuisse*, adde, *Foris appellatione*, & nomine, non vero dignitate, & munere. — Et inferius, ad finem capitis, post illa verba, *Alienum à vero videtur*, dele duas lineas, usque ad, *Episcopum autem*, exclus. — Pag. 101. dele integrum cap. 23. cum titulo.

Lib. 5. pag. 125. capit. 25. in titulo, dele prima verba, *Non recte*, & inferius, dele, *Quod falsum est*.

Lib. 6. pag. 132. cap. 9. dele 6. priores lineas usque ad, *Et si Eusebius Hieronymus*, exclus. — Et pag. 143. cap. 25. quod inscribitur, *Notatus Hieronymus*, &c. dele totum cap.

Lib. 8. cap. 16. pag. 174. in fine capitis, post illa verba, *De stirpe Agag*, dele 3. ultimas lineas. — Eadem pag. cap. 18. dele totum caput cum titulo.

Lib. 9. p. 201. cap. 22. in titulo, dele vocem, *Error*, & post illa verba, *Venia istorum*, dele lineam, usque ad, *Dictum hoc sit*, excl.

Lib. 11. cap. 24. dele primam vocem tituli, *Lapsus*.

Ex Indice, dele, *Cannacula Dei*, &c. — *Credo in Mosem*, &c. — *Firmamentum*, &c.

EIVSDEM *Animadversionum libri duo*. Lugduni Batavorum, ex officina Ioannis Paetsij, 1585.

Post appositam suam Auctori notam libri initio, in Indice Capitum lib. 1. c. 55. dele, *Et ab interprete nostro*. — Lib. 1. cap. 6. pag. 27. initio, dele, *Parum considerate*. — Cap. 11. pag. 33. ante medium, dele, *Quam verior*. — Cap. 36. pag. 59. ad medium, dele, *Hieronymus ignorasse*. — Cap. 50. pag. 73. ad medium, post illa verba, *In litteris consonantibus*, dele quatuor extremas capi-

tis lineas. — Cap. 55. pag. 77. in titulo, dele, *Et ab interprete nostro*, & inferius lineas 5. dele, *Non Lyra*, non *Cybara*, sed. — Et post alias octo lineas, dele s. *Hag pphas*, & que ad, *Sophocles*, exclus.

Lib. 2. cap. 18. p. 19. ad finem, post, *tati fuerunt*, dele quatuor extremas capitis lineas. — Cap. 27. pag. 26. ibi, *Sana*, dele, *fallitur*, dele, *Fallitur*.

EIVSDEM *Miscellanea locutionum*. crarum, tributa in centurias duas. Frakeræ, excudebat Ægidius Radzius, 1586.

Post præscriptam notam, dele in pag. inscriptionem *Dedicatorie*, præter *Iohan. Vvithelstio*. — Centuria 1. cap. initio pag. 37. ubi legitur, *In additione apocryphis* dele, *Apocryphis*. — Cap. 41. ante finem, ubi legitur, *Ineptissime*, tamen, dele, *Ineptissime*. — Paulo in fine eiusdem pag. post illa verba, & scripsisse, dele usque ad initium pag. sequentis, & illa verba, *Libet huius*, exclus. — Cap. 34. pag. 47. post medium, initio capitis, ubi legitur, *Male est autorem*. — Cap. 41. pag. 52. dele ab initio capitis, quod inscribitur, *Vetus imago*, & que ad, *Melius convertit*, excl. — Cap. pag. 54. initio, ubi legitur, *Consequens*, & *monis abusus est*, dele, ab, & lege, *plus est*.

Cap. 58. pag. 70. ante medium, post illa verba, *Quod tuus hortus habet*, dele usque ad, *Nec aliud significare*, excl. — Inferius, post illa verba, *Legere lilia*, dele usque ad, *Similia sunt*, exclus. — Cap. 75. pag. 85. in fine ubi legitur, *In additionibus apocryphis*, dele, *Apocryphis*. — Cap. 79. pag. 89. ante pag. illud, *Ita interpretatus est*, dele usque ad, *Quia suspicor*, exclus. — Cap. 99. pag. 109. parum ab initio, post illa verba, *Adiungo præpositioni*, dele usque ad finem capitis.

Centuria 2. cap. 8. p. 8. post initium, & post illa verba, *Labris degustarunt*, dele usque ad, *Audiamus nunc*, exclus. — Cap. 30. pag. 21. initio, post illa verba pagin. præcedentis, *Vertit enim, est eantem*, dele usque ad, *procedit*, exclus.

EIVSDEM *Quæstionum Hebræarum*. 3. in officina Zachariæ Heynsij 1599.

Post adhibitam notam, in Epitola dicatorie, titulo ad *Iacobum Basiliensem Insigni Theologo*. — Et postea dele *Ca* na omnia quæ quatuor folijs continentur, que ad ipsius Druisij præfationem pagin. exclus.

Lib. 1. quæst. 9. pag. 9. post medium, ubi legitur, *Ut vanum sit quod Hieronymus*, dele



*privatum sit.* — Quæst. 12. p. 11. ad finem, post illa verba, *Et in futuro*, dele usque ad, *Et similes locutiones*, exclus. — Quæst. 17. pag. 15. in medio, post illa verba, *Recens in Iohannem*, dele usque ad, *Scribit Thalmudicos*, excl. — Quæst. 44. in fine pag. 36. ante medium, ubi legitur, *Fallitur nam etiam*, dele, *Fallitur nam.* — Quæst. 71. p. 56. post initium, ibi, *Cl. V. Antonius Cevallerius*, & post vocem, *Cevallerius*, dele usque ad, *Arcus Chalybeus*, exclus. — Quæst. 80. p. 63. post medium, post illud, *Fidem Hieronymi*, dele usque ad, *Credoque interpretes*, exclus. — Post quæst. 83. pag. 66. ad finem, ubi legitur, *Obscura illustramus, vitiosa corrigimus*, dele, *Vitiosa corrigimus.*

Lib. 2. quæst. 80. pag. 130. post medium, & post illa verba, *Ab interpretibus eo loco*, nec interpretatum, dele sequentia usque ad, quæst. 81. exclus.

Lib. 3. quæst. 83. pag. 190. post med. & post illa verba, *Temporis sui scripserat*, dele usque ad titulum, *De S. Sede*, exclus.

EIVSDEM *Parallela Sacra*, Hebraicè, & Græcè, Franckeræ, 1588. Permittuntur appposita debita nota.

ITEM *Proverbiorum sacrorum Classes due*. Franckeræ excudebat Ægidius Radæus 1590.

Post adhibitam notam Auctoris damnati, & operis permisi in prima operis facie, post vocem, *Opus*, expunge, *Cum necessarium Philebræis tum.* — In Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Quum Oxonia.* — Ad finem oblegitur, *Camerarius in Mattheum*, add, *Auctor damnatus.* — Et sequenti folio, expunge duo Epigrammata, Latinum, & Græcum Ioannis Arcerij sectarii.

Class. 1. lib. 3. Adag. 18. post, *Qui habet, ei dabitur*, dele usque ad finem §. — Lib. 5. Adag. 13. post, *Impuri, & illiciti*, dele usque ad, *Non desunt*, exclus. — Class. 2. lib. 2. Adag. 8. post, *Si pupillas non habeat*, dele usque ad finem §. — Lib. 3. Adag. 77. ibi, *Igitur perperam Hieronymus*, dele, *Perperam.*

EIVSDEM *Proverbia Ben-Siræ*. Franckeræ excudebat Ægidius Radæus, 1597. Permittuntur cum nota præscripta.

EIVSDEM *Adagiorum Hebræicorum Decurie aliquot* 1597.

Post appositam notam, ex Decuria II. Adag. 2. in fine, pag. 100. ubi legitur, *Docet Theologia non dicere*, dele, *Non dicere.* — In fine primæ Centuriæ, pag. 107. in medio, post illa verba, *Non fecerunt*,

dele usque ad, *Linguas dico*, exclusivè.

EIVSDEM *Apophiegmata Hebræorum, & Arabum*. Franckeræ, excudebat Ægidius Radæus, 1612.

Post appositam notam Auctori, & operi, fol. 4. in fragmentis Epistolæ Pauli Fagij, adde, *Auctoris damnati.* — Ex lib. 1. pag. 10. sub num. 16. dele, *Quæ si absuerit, non iam pietas est, sed superstitio.*

EIVSDEM *In Sulpitij Severi Historiam Sacram Commentarius*, sive notæ. Arnheimicæ, apud Ioannem Ianssonium, 1607.

Post adscriptam notam, expunge Epigramma, cuius initium, *Cuicumque sacræ, &c.* cum sua inscriptione. — In notis lib. 1. §. *Sacris litteris*, pag. 4. deleatur totus §. — §. *Per multis voluminibus*, pag. 5. sub initium, post illud, *Nehemias Esther d. 1c, Ex apocryphis.* — §. *Tertium Demones, & §. Quartum argumentum*, pag. 24. dele hos duos §§. — Et §. *Monstra gigneret*, pagina 28. sub initium, post vocem, *Gigneret*, dele usque ad, *Alio sensu Horatius*, exclus. — §. *Patre Tharonatus*, pagin. 41. sub initium, post illud, *Nihil tamen audeo statuere*, dele usque ad finem §. — §. *Sacra*, pag. 43. ad finem, post illud, *Iosephi Scaligeri*, dele usque ad, *Qui scribit*, exclus. — §. *Reflexit oculos*, pag. 57. ad finem, ibi, *Vulgata nostra perperam versam*, dele, *Perperam.* — §. *Israel diceretur*, pag. 66. in fine, ibi, *Nugantur patres cum Israel*, dele, *Nugantur, &c.* — §. *Ministris Ecclesiarum*, pag. 139. sub initium, post dicta verba, *Ministris Ecclesiarum*, dele usque ad §. *Dum me horum*, exclus. — §. *Librum Sacre*, pag. 265. initio, post illud, *Id est revelationis*, dele usque ad §. *plerisque*, exclus. — Item in fine, expunge prorsus duo folia Epistolij cuiusdam ad Ausonium Aisima, quod incipit, *Facit humanitas sua.* — Præterea in Indice, post illud, *Collectus à Ioanne Drusio Iunior*, adde, *Auctore quoque damnato.*

EIVSDEM liber *Enoch*, sive, *De Patriarcha Henoch*, eiusque raptu, &c. Franckeræ, excudebat Fridericus Heynsius 1615.

Ex Epistola dedicatoria, post illa verba, *In summo pretio habetur*, dele duas lineas, usque ad, *Inter quos*, exclus.

EIVSDEM *Grammatica Chaldaica, descripta ex tabulis Merceri, interpolata, aucta, & nova*, &c. Franckeræ 1602. cuius se auctorem testatur ipse Drusius, in præfatione ad ordines Frisæ.

In inscriptione Præfationis, post, *I. Drusius*, adde, *Auctor damnatus.* — Et pag. 3. ante

CES  
rum  
BITORU  
V



Ithenensis, Iuris Conf. Germanus Luth. **E**IVS scriptum, quod inscribitur, *Prophetie vindemiales*, & c. ad Henricum à Grola, sive, de *Fatuitate Bassi*. Basileæ, 1577. & circū fertur inter opera Francisci Petromani, tomi primi, parte altera, permissum appositā nota Auctoris damnati. In initio, ubi legitur, *Id mihi nuper Dei beneficio*, Basileæ contigit, dele, *Dei beneficio*. 1089



IOANNES Hallerus Tigurinus.

Minister Bernensis in Helvetia, Theolog.  
Calvino-Zuingli.

IOAN. Hallerus. F.  
Bernensis, Filius Tigurini.

IOAN. Hamerius.

IOAN. Hammericus.

Philos. German. Lutheran.

Eius *Quæstiones Rhetoricæ*. Ienæ, 1602.  
— Et *Dialecticæ* Lipsiæ, 1598. permittuntur  
cum nota Auctoris & operis.

IOAN. Handschmanus.

Seu, *Handschmannus*, Hist. & Polit. Germ.  
Luther.

IOAN. Hannerus.

German. Theolog. Lutheran.

IOANNES Harmannus Creme-  
rus.

Gelnhusanus, Germ. Lutheranus. Collega  
Argentoratensis, ex Auctoribus Pande-  
ctarum, I. Civil. vide, *Collegium Iuridi-  
cum*, Argentoratense, 3. Class.

IOANNES Harprechtus.

Professor Tubingensis I. C. Luther.

IOANNES Hartongus.

Vel *Hartungus*, German. Polilogus, Pro-  
fessor Friburgensis, Luther.

Eius *Lexicon Græco-Latinum*, vide in  
*Conrado Gesnero*, I. Class.

Eiusdem *Scholia in Horatium*. — Et  
eiusdem *Prolegomena in tres priores Odissæ  
Homeri, Rapsodias*. Francof. apud Ægenol-  
phum 1539. — Item, *Apollonij Argonauti-  
corum*, &c. Basileæ 1550. — Item, *correctio-  
nes operum Strabonis, & Aristotelis*, Græcè,  
& Latine, permittuntur hæc omnia adhi-  
bitis suis notis.

Ex eius vero, *Cista medica ad prælum ela-  
borata*. Expungatur epistola dedicatoria.

IOANNES Hauberus.

Seu, *Heberus*, seu, *Hebnahen*, Germ. Theol.  
Luther.

Eius, *Erotemata Dialecticæ* pro scho-  
lis Wittembergicis, Tubingæ 1607. —  
Item quadam in *Platonem*, permittuntur  
cum nota Auctoris & operis.

IOANNES Hedericus.

Germ. Theol. Luth. Aug. conf. & Poëta.

IOAN. Hedlerus.

German. Poëta, Lutheran.

IOAN. Heidenreich.

Seu, *Ioannes Heinricus Hainzelius*, seu,  
*Heinzelius*, Augustanus, Germ. Luth.

IOAN. Heidfeldrius.

Seu, *Heifeldrius*, Theolog. & Phil. Calvin.

IOAN. Henricus Alstedius.

Professor Herbornensis, confirmator Sy-  
nodi Dordrechtanæ, Germ. Luth. Me-  
lanchtonianus.

Eius *Systema Mnemonicum duplex*, I. mi-  
nus quatuor libris adornatum, II. Ma-  
ius septem libris. Francof. in Palthæniæ,  
1610.

Præfigenda nota Auctoris damnati, &  
operis cum expurgatione permitti.

Lib. 3. pag. 120. post medium, sub §. *Pri-  
vata est*, dele, secundum *Calvinum*, & paulo  
post, quartus *Witakerum*.

EX MAIORI SYSTEMATE MNEMONICO  
de modo discendi.

Pag. 7. sub titulo, *Nomina Auctorum*, quos  
*Alstedius* proponit candido lectori, ut eos evol-  
vat, &c. præterquam quod plerique sunt se-  
ctarii, & dānatæ memoriæ scriptores, quos  
longum esset, nūc numerare, aut nomina-  
re, illi tamen nec nominandi veniunt,  
quare & eorum nomina delenda.

Lib. 1. cap. 13. pag. 68. post medium, in  
§. *Scholis*, lin. 3. & 4. dele, & *Papistæ*. — Et  
post 2. lin. & post illa verba, *Toto orbe cla-  
rissimas*, dele quinque lineas, usque ad §.  
*Nunc videamus*, exclus. — Et è regione,  
dele notam marginalem, *Schola falsorum*,  
&c. & sequentem etiam, *Schola reformato-  
rum*, &c. — Et pagin. 70. sub §. *Due*, ergo  
linea penultima, post illa verba, *Scholasticos  
occupante*, dele sequentia, usque ad quatuor  
lineas, pagin. 71. sequent. inclus. & ex-  
clusivè, ad illa verba, *Horum Scholastico-  
rum*. — Et in eadem pagin. linea 5. ante  
finem, ubi legitur, *Hoc chaos*, dele vocem,  
*chaos*. — Et pagin. 72. sub §. linea 3. post  
illa verba, *anno Dom. 1330.* dele duodecim  
lineas, usque ad, *Scriptores huius*, exclus. —  
Et pag. 73. linea 8. ab initio, post illa ver-  
ba, *Nicolaus de Lyra*, dele duas lineas, usque  
ad,

CES  
rum  
ITORU



ad, *Hac etiam etate*, exclus. — Deinde §. *Se quitur tertia*, linea 2. dele, usque ad tempora *Lutheri*, hoc est. — Deinde inferius, post 5. lin. & post illa verba, *Gabrielem Biel*, *Eccium*, dele 9. lin. usque ad ultimam, *Hac fuisse*, exclus. — Et similiter dele notatiunculam, *Hac etas*, &c. — Et pag. 74. linea 5. ab initio, dele, & *papismo*. — Et post linea, dele duo disticha, usque ad, *sic ergo*, exclus. — Et pag. 78. quatuor lineis ante finem, post illa verba, *privilegijs ornavit*, dele 14. lineas, paulò ante medium pagin. sequentis ad illa verba, *Omiso praelara*, &c. exclus. — Et paulò inferius post quatuor lin. dele, *nostras Ecclesias*, &c. — Pag. 83. septem lineis ab initio, post illa verba, *Collegia Sacerdotum*, dele 5. lineas, usque ad, *Ecclesiastice historia*, exclus. — Inferius post alias septem lineas, & post illa verba, *Bibliotheca restituitur*, dele sex lin. usque ad, *Hic silentio*, exclus. — Pagin. 84. lin. 8. ab initio, post illa verba, *schola est*, dele sex lineas, usque ad illa verba, *Quid ni ergo*, exclus. — Capit. 4. pag. 85. lin. ultima, post verba illa, *Paganorum volo*, dele usque ad decimam lineam paginæ 86. sequentis, & ad illa verba, *Veheementer namque*, exclusivè. — Capit. 9. pagin. 105. post medium, & post illa verba, *Cognoscetur in causa*, dele decem lineas, usque ad initium pag. 106. & usque ad §. *Vespertina Angelorum*, exclus. — Et pag. 114. post medium, in §. *Gregorius primus perperam dicit*, dele, *perperam*. — Capit. 11. pagin. 120. ad finem §. *Præter hæc*, dele, *nomine imaginis Dei ad quam ipse conditus fuit*, intelligitur, & dele notatiunculam marginalem, *contra Bellarminum*, &c. — Cap. 13. pag. 140. fine, post illa verba, *in locis communibus*, dele duas extremas lineas. — Et pag. 149. linea antepenultima, post illa verba, *Sed oratio erit casta*, dele duas antepenultimas lineas, usque ad, *Castia Deus*, &c. — Et pag. 158. post medium, & post illa verba, *Opera silentio prætereo*, dele 4. lineas, usque ad, *Superstitionem redolet*, excl. — Pag. 151. post med. lin. 11. ante fin. dele, *Quod etiã dormiendo peccamus*. — Pag. 154. ante finem lin. 4. post illa verba, *In N. T. sunt*, dele 2. lin. usque ad, *Gradus presentie*, exclus. — Pag. 163. lin. 5. à principio, dele, *referente Calvinio lib. 1. inst.* &c. — Cap. 14. p. 183. lin. 2. à principio, dele, *Sed quod dicunt præter est etiam contra legem Dei*. — Et inferius lin. 8. à principio, dele, *Ut Beza conqueritur*. — Post alias quatuor lineas, & post illa verba, *Ut loquantur scholastici*, dele duas se-

quentes, usque ad, *quidquid igitur*, &c. exclusivè. — Pagina 184. post primam lineam, & illa verba, *Artibus incumbere*, dele octo sequentes lineas, usque ad §. *Proxi- autem*, exclusivè. — Pagina 185. ad medium, post illa verba, *Esse existiment*, dele integrum §. qui incipit, *Petrus Martyr*, constantem sex lineis, usque ad §. *Sedus habitus*, exclusivè. — Et pagin. 186. post medium in §. *Reflexa*, post illa verba, *Proximum inimicum*, dele usque ad finem §. & ad sequentem §. *De cognitione*, exclusivè, & in hac linea penultimam, *Calvinus l. 1. instit. Reli.* &c. — Cap. 16. pagin. 204. paulò post medium, dele, *Hoc notetur contra transubstantiationem pisticam*. — Et pagin. 213. linea 2. à principio, dele quatuor lineas, usque ad finem §. & ad §. *Non omnium*, exclusivè. — Cap. 24. pagin. 308. ad medium, post ea verba, *Iudicij inopem*, dele quinque lineas, usque ad finem §. — Cap. 26. pagin. 348. ad medium, post ea verba, *Sapè, oportet*, dele septem lineas, usque ad finem §. — Cap. 349. linea penultima, post illa verba, *Difficulter queunt*, dele sequentia, usque ad finem §. in pagin. 350. — Cap. 390. linea penultima, post ea verba, *Collegium Sanhedrin*, dele 5. lineas, usque ad initium pag. 391. & ea verba, *Hinc facimus*, exclusivè. — Pag. 396. ante medium, post ea verba, *Enodari possunt*, dele novem lineas, usque ad, *Ceteroquin hæc*, exclusivè. — Et pagin. 398. linea undecima ante finem, post ea verba, *Firens*, dele lineam usque ad, *Ioann. Schleid.* exclus. — Pag. 399. post medium, & post ea verba, *in ignem*, dele lineam, usque ad, *Apogee hæc*, exclus. — Pag. 400. ante medium, post ea verba, *Somnia progenierunt*, dele 7. lin. usque ad finem §. — Et pag. 401. lin. 7. à principio, post ea verba, *Delectum adra- dus*, dele 3. lineas, usque ad ea verba, *Petro Galatino*, exclus. — Pagin. 416. post medium, linea 11. ante finem, post illa verba, *Iacobo Friso*, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, *In quo omnes*, exclus. — Cap. 30. pag. 424. linea 7. ante finem, dele, *quis referat sine stomacho?* — Et pag. 425. post medium, post illa verba, *Novum*, dele 1602. dele, §. *Constantem tribus lineis*. — Et pagin. 428. ante medium, post ea verba, *Basilea*, 1525. dele §. sequentem constantem octo lineis, usque ad finem §. — Ex lib. 2. cap. 1. pagin. 434. dele notatiunculam marginalem, quæ incipit, *Exem-*



sint, &c. — Cap. 4. pag. 457. post medium, post ea verba, *Nota inuri potest*, dele usque ad finem paginæ, & ea verba, *Certissimum est*, excl. — Cap. 8. pag. 471. ante medium, post illa verba, *Eam omnibus benigne*, dele usque ad finem paginæ. — Pag. 472. dele quatuor lineas, quibus constet primus ille §. — Et pag. 473. ad medium, post illa verba, *Piorum virorum precatōnes*, dele usque ad finem paginæ, simul cum tota pagina sequenti, usque ad post medium, & ad initium §. *Quamvis autem*, excl.

Capit. 10. pag. 483. linea 3. ubi legitur, *Apocryphi libri evolucendi*, deleta voce, *Apocryphi*, repono, è *Græco qui habentur*, &c. — Et pag. 484. post undecim lineas à principio, & post illa verba, *Evangelistarum, & Apostolorum*, dele sequentes alias septem lineas, usque ad, *Si patheticus esse*, excl. — Cap. 11. eadem pag. 484. sexta linea ante finem, dele, *Refert Abrahamus Scultetus*.

Cap. 13. pag. 510. ante medium, post, *huius vitij est ieiunium*, dele lineam, usque ad illud, *Quo caro restringitur*, excl. — Pag. 530. ante medium, post illa verba, *Commoventur seditiones*, dele usque ad finem paginæ, & usque ad medium pag. sequentis 531. & illa verba, *Etenim quoniam*, excl. — Et in pag. 530. dele notam marginalem, *Iesuitæ*, &c. — Pag. 533. linea 10. à principio, dele, *Apocrypha historia, vel mythistoria, omnia hæc iudice Bucero*. — Et post alias quinque lineas, dele duas alias, usque ad finem §. — Pag. 536. post medium, post illa verba, *Sibi consuluit*, dele duas lineas, usque ad, *Neque tamen hic*, excl. — Et p. 538. linea 6. à principio, dele, *Et Pontificij*.

Cap. 14. pag. 560. post illud verbum, *Excitetur*, primæ lineæ, dele quinque sequentes, usque ad finem §. — Et pag. 562. post primam lineam, & illa verba, *Vino gravatus*, dele duos §§. sequentes constantes decem lineis, usque ad, *Politicum exercitium*, excl. & notulam marginalem, *Pharisæi cum*, &c. — Deinde post alias quatuor lineas, & illa verba, *Gladiatorum*, &c. dele §. sequentem constantem tribus lineis, usque ad, *Hoc genus*, excl.

Cap. 16. pag. 571. post initium, & post illa verba, *Hunc scopum collegi*, dele usque ad finem paginæ.

Cap. 27. pag. 653. post medium, post illa verba, *Id moneo*, dele duas lineas, usque ad, *Et pullos Philosophorum*. — Pag. 666. ante medium, post ea verba, *Ego proficiam E. G.* dele 23. lineas, usque ad lineam penultimā

pag. & ea verba, *Multum, multum*, excl. — Et pag. 670. linea 6. à principio, post ea verba, *Effata quamplurima*, dele tres lineas, usque ad, *Prioris generis*, excl. — Et inferius eadem pag. linea ultima, post ea verba, *In recte dicuntur*, usque ad sequentem paginam 671. usque ad lin. 5. ante finem, & ea verba, *Recte ergo*, excl. — Et pag. 672. ad medium, post ea verba, *Morio novit*, dele septem lineas, usque ad, *Huc pertinet*, excl. — Pag. 674. linea 3. ante finem, post ea verba, *Quomodo quādo*, dele quinque lineas, usque ad finem §. in pag. 675. & ea verba, *Hæ regule*, excl.

Cap. 37. pag. 728. ad medium, post ea verba, *Erga Deum*, dele quatuor lineas, usque ad ea verba, *Cum primis ergo*, excl. — Cap. 38. pag. 736. ad medium, post ea verba, *Pertinacius heres*, dele septem lineas, usque ad finem §. & capit. — Cap. 42. ante mediū, dele notam marginalem, *Ioannes*, &c. — Capit. 46. pag. 753. ante medium, post ea verba, *Obruitur indicium*, dele tres lineas ex initio sequentis §. usque ad, *Aviditas ait*, excl.

EX LIB. 3. DE SCHOLIS CLASSICIS.

Pag. 6. cap. 2. linea 3. ante finem, post ea verba, *Velle videar*, dele tres lineas ultimas.

— Cap. 5. pag. 20. post ea verba, *Habere incognitas*, dele sex lineas, usque ad finem §.

— Capit. 13. pag. 44. linea ultima, post ea verba, *Secunda tertij*, dele usque ad finem §.

& capit. in pag. sequenti 45. — Cap. 13. pag. 49. ante medium, post ea verba, *Est à discipulo*, dele quatuordecim lineas, usque ad finem §. & ea verba, *Ad extremum*, excl.

— Capit. 19. pag. 56. in titulo, dele, *Encomium ordinationis Sturmiæ*.

— Et pag. 57. linea 3. ab initio, post ea verba, *Quotidianus*, dele 12. lineas, usque ad finem §.

— Cap. 22. De disciplina Jesuitarum.

Ex initio igitur capit. pag. 67. dele integram quintam lineam à principio, usque ad, *Nam circa annum Domini*, excl. — Et linea 9. ante finem, post illa verba, *Sess. 9. c. 19.* dele ferè duas lineas, usque ad, *Quamvis in Lateranensi*, excl. — Pag. 66. linea 2. dele vocem, *Vulpiones*. — Et linea 3. post illa verba, *Collegia erigunt*, dele quinque lineas, usque ad, *Ex Italia recta*, excl. — Eadem p. 66. lin. 5. ante finem, dele, *Suarum superstitionum fermento*. — Et lin. 3. post illa verba, *Adhuc dum edunt*, dele 3. sequentes lineas, usque ad finem pag. & itē alias tres initio, p. 67. — Ex pag. vero 66. dele notatiunculam marginalem, *Lusitani*, &c. —

FFF PRÆ-

CES  
rum  
ITORŪ  
V



Præterea linea 7. à principio, post illa verba, *Ultra CCC. Collegia*, dele usque ad finem paginae, & cum pagina sequenti 68. paulò ante finem, usque ad § *Tertio notandum*, exclus. — Pag. 69. lin. 6. à principio, dele, *Semper est Hispanus*. — Et inferius in medio, ubi legitur, *Ipsorum Papa*, dele vocem, *Papa*. — Et lin. 7. ante finem, post illa verba, *Domestica administrantes*, dele 4. lin. usque ad lineam penultimam, *Scholasticos denique*, exclus. — Pag. 70. dele 12. lineas à principio, usque ad § *Primum tamen est*, exclus. — Et pag. 71. ante medium, post illa verba, *Eloquentia artem*, dele 14. lineas, usque ad penultimam, *Quare expurgiscimini*, &c. Et dele notâ marginalem *Iesuita*, &c. — Pag. 73. lin. 3. ante finem, dele, *Servi illi*. — Et p. 74. lin. 1. dele vocem, *Servi*. — Et lin. 2. dele, *Id est mancipia Iesuitarum*. — Pag. 75. lin. 8. dele, *Et Thrasone iactitant*. — Post 3. alias lineas, dele, *An Apostolica*, & in eadem linea, *An Catholica*. — Et post alias quatuor lineas, dele, *Conciliabulo*. — Et linea 5. ante finem, post illa verba, *Societatem admet*, dele tres lineas, usque ad in lineam penultimam, *Studiosi qui*, excl. — Et pagin. 76. linea penultima, ante cap. 23. dele, *Nempe servos Papa*.

Cap. 23. in titulo, ad finem p. 76. *De ratione illustris schola*, dele, *Illustris*. — Linea 4. ante finem, eiusdem pag. dele, *Ineptis, & impijs*. — Cap. 24. p. 85. fine c. 24. dele sex versiculos, usque ad cap. 25. exclus. — Cap. 27. pag. 96. lin. 9. ante finem, dele, *Philosophorum Princeps utilissimam*, & dele numerum X. integrum, id est 6. lineas ante finem. — Et pag. 101. lin. 14. ante finem, post illa verba, *Pauperibus scholasticis*, dele, *ò dexterrimum pie illius anime iudicium*. — Cap. 32. pag. 131. post illa verba, linea 4. à principio, post ea verba, *Tractare Theologica*, dele 13. lineas, usque ad, *Cenonis exemplum*, excl. — Pag. 132. lin. 2. post illa verba, *Divulgant Poëtas*, dele tres lineas, usque ad, *Tertio legatur*, exclus. — Cap. 34. pag. 154. ad medium, post illa verba, *Indices nominum propriorum*, dele decem lineas, usque ad, *Cum ista nomina propria*, excl. — Cap. 35. pag. 158. ad finem, linea antepenultima, dele, *Sub Pontificibus Romanis*. — Cap. 37. p. 168. dele duas lin. primam, usque ad, *Cum alia fuerunt*, exclus. — Et in fine eiusdem pag. 10. linea ante finem, post illa verba, *Non queant comparari*, dele quinque sequentes lineas, usque ad, *Res, quas ad disputandum*, excl. — Et in margine, dele no-

tatiunculam, *Encomium*, &c. — Pag. 103. lin. 3. à principio, post illa verba, *Prudentis petuntur*, dele quatuor lineas, usque ad, *Huc pertinet*, &c. exclus. — Pag. 104. ante medium, dele lineam, *An Constantinus Magnus Papa donaverit Romanam Ecclesiam*. — Et post octo lineas, dele, *Ad sensus parentum sit de essentia matris, quod contrahit filius*. — Et inferius post 12. lineas, dele integrum numerum tertium, *constantem sex lineis*, usque ad, *Disputatio*, exclus.

Ex LIB. IV. DE SCHOLIS PUBLICIS

Cap. 1. p. 186. in medio, dele, *Solus mo*. — Et post quinque lineas, dele vocem, *Reformatorum*. — Cap. 3. p. 188. post lineas à principio, & post illa verba, *Ad docendi*, dele sex lineas, usque ad cap. 17. exclus. — Cap. 17. p. 241. §. *Alij*, dele inter §. constantem octo lineis. — Et 245. ante medium, post illa verba, *Nicephorus Episcopus*, dele tres integros §§. sequentes, usque ad titulum, *De historia universitatis Paduensis*, excl. — Pag. 252. post medium, & post illa verba, *Ioannes Stumpsius*, dele quatuor lineas usque ad, *Atque hæc suffus*, exclus. — Cap. 18. p. 258. dele 8. lineas à principio, usque ad, *Non autem sufficit*, excl. — Cap. 24. p. 272. ante medium, linea 13. à principio, dele, *Neque vero velim Theologum Italum illustrare*. — Et p. 274. linea 2. post, *Remissionem peccatorum*, dele octo lineas, usque ad finem tituli, *Papisticorum*, incl. & dele notatiunculam marginalem, *De locis hæresi*, &c. — Et post 276. expunge tabellâ Theologiae hæreticâ, & duo integra folia, usque ad paginam 281. in illis verbis, *Distinctio dicendum est*, &c. — Et post p. 282. in tabella sequenti, ubi legitur, *Credit, id est apprehendit Christum*, dele, *apprehendit*. — Et p. 286. in medio, dele, *Electi amittunt Fidei non secundum quale, sed secundum quantum*. — Cap. 25. p. 297. ante medium, n. 4. post illa verba, *Credimus remissionem peccatorum*, dele lineam, usque ad, *Quod vel solum*, exclus. — Et p. 298. post medium, & post illa verba, *Probandum est per partes*, dele 3. lineas, usque ad, *Capis & hoc exemplum*, exclus. — Et p. 299. ante medium, post illa verba, *Procionator evadet patheticus*, dele 12. lineas usque ad, *Hæc eo nomine*, excl. — Et p. 300. linea 7. à principio, post illa verba *Gratia Emphatica caritatis energetica*, dele septem lineas, usque ad numerum secundum, exclus. — Pag. 303. ad finem, post illa verba *linea antepenultima*, *Legimus, vel audiremus*, dele

INDI  
Libro  
PROHIB  
E  
24



dele duas extremas lin. & sex item primas sequentes pag. 304. usque ad titulum, *Sacra, & unica, rationis, &c.* exclus. — Et pag. 305. post medium, sub titulo, *Dispositio ad secundum medium Fidei*, dele, *Apprehendit, & applicat.* — Pag. 306. lin. 2. ab initio, dele, *Non autem merita sua iactant.* — Cap. 26. eadem pag. 306. dele ab ipso titulo capitis inclus. usque ad finem pag. 307. — Cap. 29. pagin. 313. lin. 6. post illa verba, *Quod ad nos pertineant*, adde, *Intellige omnia cum propositione Ecclesie.* — Cap. 30. pag. 315. ante medium, post illa verba, *Ti- midus quod repellit*, dele 12. lineas, usque ad, *quantum vero, &c.* — excl. — Cap. 33. quod est penultimum, sub titulo, *De publicis scho- lasticis*, pag. 355. lin. septima à fine, dele, *Ex Verbo Domini.*

## EX LIB. V. DE MEMORIA TOPICA.

Cap. 5. pag. 378. post illa verba, *Aurum cum Virgilio*, dele septem lineas, usque ad finem §. — Pag. 381. ante medium, dele post vocem, *Perkinsus*, animatio imaginis est im- pia, usque ad finem lineæ. — Et §. sequenti, ubi legitur, *Delectantur spurcis huiusmodi*, dele vocem, *Huiusmodi.* — Cap. 17. pag. 422. linea extrema, post illa verba, *In pri- mo sit*, dele sequentia usque ad secundā lin. p. 423. & illa verba, *Dei Patris*, exclus. — Cap. 26. pag. 441. post duas lin. ab initio, & illa verba, *Columbe candidissime*, dele octo sequentes lineas, usque ad finem §. — Cap. 36. ad finem, post versiculos, *In So- phias*, & post illud verbum, *Augiconeri cre- pe*, dele sex lineas ultimas, & usque decem lineas, pag. 507. & §. qui incipit, *Henricus Stephanus*, exclus. — Cap. 57. pag. 513. lin. 1. dele vocem, *Papani.* — Et pag. 514. post medium, lin. 14. à fine, post illa verba, *Vin- cet veritas*, dele duas lineas, usque ad, *Si cui ista ridicula*, exclus. — Cap. 62. pag. 536. nom. 111. titulari, dele tres lineas, quæ sequuntur, usque ad num. 4. *De quatuor mo- narchijs*, exclus. — Et pag. 537. — In me- dio, dele quinque versus sub titul. *Ad Mau- ritium.* — Cap. 67. p. 552. lin. penult. post illa verba, *Memorare possumus*, dele tres lin. usque ad tertiam lin. pag. sequentis 553. & & illa verba, *Cum enim maior*, exclus.

## EX LIB. VI. DE MEMORIA MEDICA.

Cap. 13. p. 626. in ipso tit. dele nomen *Philippi Melancthonis.* — Et deinde dele sex lin. usque ad, *Primus modus organorum*, exclusive.

Quia vero torus hic liber egregiè fada-

tus est frequentissimis sectariorum nomi- nibus, & immodestissimis laudationibus, monendus lector, ut omnino hæ expun- gantur, ubi occurrerint.

EIVSDEM Alstedij, *Cursus Philosophici Encyclopædia*, lib. 27. &c. tribus tomis distincta. Herbornæ Nassoviorum, typis Christophori Corvini, 1620.

Tomus I. qui incipit, à lib. I. usque ad lib. 16.

Apponenda nota Auctori, & operi, non nisi cū necessaria expurgatione permisso. — In Dedicatione, quæ est pag. 13. lin. 9. à fine, post illa verba, *Subditi mirentur*, dele sedecim lineas, usque ad, *Hinc est quod plu- rimi*, exclus. in pagin. 4. — In pag. 5. quæ est Præfatio ad lectorem, quæ incipit, *Quod precatus sum*, &c. lin. 13. dele, *Omni excep- tione maiores.*

Lib. I. cap. 2. p. 16. ad med. vocem, *Papi- stæ*, vel, *Papistarum*, verte in vocem, *Catho- lici*, vel, *Catholicorum*, & vocem, *Reformati*, vel, *Reformatorum*, verte in vocem, *Hæreti- corum*, vel, *sectariorum.* — Ibidem dele vo- cem, *Melancthon*, vel, *Melancthonis*, cum sequenti elogio, *Communis ille præceptor Germaniæ*, & ubicunque occurrerit.

Eodem lib. cap. 3. pag. 23. ante medium, dele, *Longè rectius hac de re indicavit.* —

Lib. 6. part. 3. cap. 5. pagin. vel columna 349. initio, post illa verba, *Circumvallari credimus*, dele sedecim lin. Eadem col. §. 14. lin. 3. dele, *Commenti sunt.* & scribe, *Ar- bitrandi sunt.* — Cap. 8. col. 353. in fine, post illa verba, *Qui dicitur diabolus*, dele 9. lin. usque ad caput octavum, exclus. — Col. 354. ad finem, sub titulo, *Regula*, post illa verba, *In hac cognitione est obscuritas*, dele 15. lin. usque ad finem §. — Col. 355. ad fin. sub §. 5. *Mali angeli*, post illa verba, *Posse co- gere*, & pellere, dele 7. lin. usque ad finem §.

— Lib. II. cap. 15. col. 1225. pauld post med. post illa verba, *Kalēdarium Gregorianū recipi potest*, dele 8. lin. usque ad, *Alias exēp- tio illa*, excl. — In 3. Sytēmate, lib. 16. c. 1. §. 7. ante fin. ubi legitur, *& vitæ æternæ gratuita*, dele vocem, *Gratis.* — Et c. 3. col. 1906. ad med. dele, *Tales sunt Monachi imitantes vestitum Eliæ, & Ioan.* — Cap. 7. col. 1948. initio, post illa verba, *Quo per- tinet historia*, dele 15. lin. usque ad fin. §. — Et postea col. 1949. post med. post illa verba, *Avarus est idolatra Ephes.* 5. dele 5. lin. usque ad, *Hic nobis succurrat Ambro- sius*, exclus. — Et inferius, col. 1950. pauld post initium, post illa verba, *Obedimus Deo in*

CES  
rum  
ITORU  
V



*tolerandis adversis, dele reliquum usque ad, Florilegium, exclus. — In Florilegio, col. 1952. post initium, post illa verba, Quam cauponas exerceri, dele reliquum huius col. usque ad finem, & §. Impietas, exclus. — §. Impietas, col. 1953. ante finem, post illa verba, Non credere esse Deum, dele 2. lin. usque ad, Omnes isti ponant, exclus. — Col. 1954. ab initio, & in titulo, Ad primum praeceptum Decalogi, item, & ad secundum praeceptum, cum suis quatuor paragraphis, expungenda sunt, usque ad §. V. Vtrum omnia cum infidelibus, &c. excl. in col. 1955. — Col. 1956. in fine §. VI. An votum castitatis, paupertatis, &c. delendum totum cum 10. seq. — Col. 1957. sub titulo, ad 4. Praeceptum, inferius §. VI. An oblationes, post illud, Debet vivere de altari, dele 5. lineas, usque ad, honeste autem alendi, excl. — Col. 1959. ad medium §. IX. Vtrum Político, & Ecclesiastico, &c. dele totum §. constantem decem lineis, cum toto etiam X. §. sequente, qui constat 4. lineis. — Col. 1962. initio §. XVII. An sit homicidium, Embryones, &c. dele totum, per 11. lineas. — Col. 1965. ante medium, dele totum §. VII. per quatuor lineas. — Et in fine eiusdem columnæ, dele totum §. X. V. Princeps, vel Papa, per 13. lineas, cum titulo. — Col. 1967. ante medium, §. XX. An Iacob deceptus à Laban, &c. dele totum. — Et inferius, post medium, colum. §. XXII. V. Excusanda sit uxor, &c. dele totum per 12. lin. — Col. 1968. §. IV. An rapina sit furum, dele totum. — Col. 1975. initio, In iuris prudentia Mosaisca, in III. Praecepto, dele illa verba, Mendacia periuurij aquantur, & ibidem post 18. lineas, dele, Iuramentis licitis nemo potest absolvere. — Et col. seq. 1976. initio, dele, Liberi citra parentum auctoritatem matrimonia ne contrahunt. — Col. 1977. ante medium, in VII. Praecepto, dele num. 18. Ad vitandam fornicationem, &c. usque ad num. 19. exclus. — Et inferius, post 6. lin. dele 24. Celibatus votum, &c. usque ad VIII. Praeceptum, exclus. — Col. 1989. ante finem, sub Florilegio, dele, Virginitatis iugum nemini imponito, latet enim sub his verbis fraudulenta hæresis. — Cap. 13. col. 2020. ante fin. post, Davidem, & Carolum M. dele, Mauricio Belgico. — Lib. 16. cap. 13. col. 2025. ante finem, post illa verba, Eam tulerunt Theod. lib. 5. cap. 13. dele 3. lineas, usque ad, Adag. Masculum, exclus. — Cap. 14. lib. 16. col. 2033. post initium, post illa verba, Facti itemque conscientia, dele 2. lin. usque ad,*

Porro causæ efficientes, excl. — Col. 2039. paulò post mediū, post illa verba, Mutatis supra sortem exactum, dele 39. lin. usque ad finem §. & titulum XII. Gratitudo, &c. exclus. — Cap. 16. col. 2054. ante medium, In exemplis, post illa verba, Simon Magus, Aet. 8. dele 20. lin. usque ad, Nota sunt exempla Tantali, &c. exclus. — Cap. 18. col. 2064. in medio, post, Septimus exilium, dele 15. lineas, usque ad, Medicus quidam interrogabat, exclus. — Col. 2065. ante medium, post versiculum, Est gravis Sacerdos in omne caput, dele 15. lineas, usque ad §. 1. Quis est Limes, &c. excl. — Col. 2071. ante medium, dele distichum, quod inscribitur, Elegans est etiam illud Beza, cum inscriptione. — Cap. 20. colum. 2089. initium, & illa verba, Tria delibasse, dele 7. lineas, usque ad, Hieroglyph. &c. excl. — Cap. 25. col. 2147. ante medium, post illa verba, Hinc Scil. Anna caritatis, dele 2. lineas, usque ad num. 22. exclus. — Col. 2161. post medium sub titulo de abstinentia, dele in marg. De superstitia abstinentia notetur, usque ad fin. not. — In initus in textu, dele, Superstitiosa in textu TOMVS SECVNDVS, A LIBRO XVI. usque ad vigesimum, & ultimum.

Lib. 17. in Prolegomenis, col. 2212. ab initio, dele num. 7. qui incipit, Vacatuum ordinaria, iterum, & num. 8. qui incipit, Inordinaria, & immediata, &c. in columna 2213. toti expungendi, usque ad num. 9. qui incipit, Functio debet esse, &c. excl. — Col. 2217. §. 4. delendus totus per 5. lin. usque ad cap. 2. exclus. — Eadem col. sub §. 2. ante medium, dele, Contra Cynicos, & Monachos. — Col. 2219. post medium, sub §. qui incipit, Triplex ille societas, post illa verba, Virtutis exemplaria celebranda sunt, dele duas lineas, usque ad, Sic igitur amemus, exclus. — Cap. 4. quod est, de Societate coniugali. Col. 2221. ante medium, post illa verba, Damnaisset, & infamis, dele 1. lin. usque ad §. 2. exclus. — Col. 2222. ante medium, §. 6. qui incipit, Claudesit in agnoscendo, dele totum §. cum notula marg. An exemplis suis parentum, &c. — §. 7. qui incipit, Abstergentia sanguinis, &c. c. 2224. post, Generositas numerat, dele sex lineas, usque ad, Gula autem his in causis, exclus. — Col. 2225. post initium §. 9. qui incipit, Improbis menta coniungit, dele totum §. per 13. lineas. — Eadem columna ad finem, §. 11. qui incipit, Concubinatus, &c. post illa verba, Porri amasiarum, dele 4. lineas, usque ad finem.

INDI  
Libro  
PROHIB  
E  
=4



§. — §. 14. quod incipit, *Divortium iure Pontificio*, col. 2226. post illa verba, *Continna insidie*, dele usque ad finem §. — Cap. 7. de *Acquisitione rei familiaris*, col. 2231. dele totum num. 7. post illa verba, *Bonorum Ecclesiasticorum*, usque ad Num. 8. exclus. — Cap. 3. de *Societate coniugali*, §. 7. col. 2233. post initium, & post illa verba, *Animal rationale*, dele duas lin. usque ad, *Deinde essentia*, & inferius, §. 8. ante finem columnæ, post illa verba, *Toleravit, non probovit*, dele decem lineas, usque ad, *Ad sententiam Tertulliani*, exclus. — Col. 2254. pauld ante finem §. 10. *Consensus parentum*, &c. deleatur totus cum titulo, usque ad §. 11. in col. 2255. — Eadem col. §. 11. qui incipit, *Duo sunt gradus*, &c. dele, *Vt Beza vocat*. — Et §. sequenti 12. pauld post initium, dele, *Vt Beza docet de repudiis*, & *divortio*, & in eodem §. col. 2256. ad med. dele, *Cum Beza per omnia*. — Cap. 5. quod est, *De arbore consanguinitatis*, ante mediū, post illa verba, *Communem patriam transseas*, dele reliquum huius §. usque ad, *Privilegium*, exclus. in fine col. 2260. — Cap. 8. col. 2286. pauld post initium, post illa verba, *Mulierem, quam virum*, dele 4. lin. usque ad, *Morbus denique*, exclus. — Capit. 10. col. 2300. post med. dele, *Vt loquitur Widesius*. — Cap. 13. col. 2308. ante med. sub titulo, *Peroratio*, &c. post illa verba, *Volunt esse Canonicam*, dele sequentia cum 20. versiculis Germanicis, Lutheranis. — Lib. decimo octavo, cap. 3. col. 2314. in fine, & initio columnæ 2315. per totam dele, *Doctrinam*, & *axiomata Machiavelli*. — Cap. 11. col. 2339. ad finem, post titulum, *Elie Reusperi Leorini*, adde, *Auctoris damnati*. — Cap. 11. colum. 2345. sub tit. *Boni Principis imago ex Erasmo Roterodamo*, adde *Auctore damnato*. — Col. 2354. post initium, post illa verba, *Fluctuans agitetur*, dele num. 4. per quinque lineas, usque ad num. 5. *Taciturnitas*, &c. exclus. — Cap. 19. col. 2359. post initium, dele §. 5. *Ius eligendi pastores*, &c. usque ad s. sextum, excl. — Et inferius §. septimo, post mediū col. & post illa verba, *Immixta illas consumunt*, dele reliquum §. usque ad §. 8. excl. — Col. 2360. post initium, dele §. octavum, cū omnibus sequentibus, usque ad, *Caput Vigessimum*, exclus. in col. 2361. — Cap. 25. col. 2376. lin. 6. dele elogium, *Funcij sectarij*. — Lib. 18. cap. 1. col. 2555. ad med. in §. 7. post illa verba, *Summus Reipublice finis*, dele 12. lin. usque ad, *Quare sic concluda-*

*mus*, exclus. — In §. secundo, *Distinctio Dominorum*, &c. — Col. 2561. initio, & post illa verba, *Qualem obedientiam postulet*, dele 24. lin. usque ad, *Huc pertinet versus*, excl. — Cap. 3. §. 5. col. 2570. initio, post illa verba, *Moses, & Aaron manent fratres*, dele 5. lin. usque ad, *Per magistratum Ecclesiasticum* excl. — Et in ead. col. ante finem dele illa verba, *Talis Elisabetha Anglia Regina*. — Col. 2593. ad fin. post illa verba, *Recha utens ratione*, dele 2. lin. usque ad, *Et si persona appellatione*, excl. — Cap. 8. col. 2597. ad medium dele totum §. 4. qui inscribitur, *Præcipue partes officij circa Ecclesiam*, &c. usque ad §. 5. exclus. in pag. 2599. — Inferius §. 6. col. 2600. ante med. post illa verba, *Certe leges statuuntur*, dele 11. lin. usque ad finem §. — Cap. 11. col. 2611. §. quarto ad medium, post illa verba, *Commeriorum usu reciproco*, dele 12. lin. usque ad finem §. — Cap. 13. col. 2621. §. 3. ad finem, dele honores, Graferi, Francisci Iunij, & Brugthoni sectariorum, & inferius, in fine §. post illa verba, *Regni Alexandrei retinuerint*, dele 2. lin. ultimas. — In Systemate 2. cap. 18. colum. 2655. post med. & post illa verba, *Maiestatem Imperij non minuit*, dele 40. lin. usque ad, *Imperator Germanorum*, exclus. in colum. 2656. — Et inferius colum. 2657. initio, post illa verba, *Ad caput Imperij*, dele octo lin. usque ad, *Ceterum quod Imperium*, exclus. — Colum. 2658. post medium, sub titulo, *Sanctio*, §. 1. *Ad veniamus ad translationem Imperij* dele reliquum columnæ cum 4. sequentibus, usque ad, colum. 2663. exclus. — Colum. 2664. post initium, §. qui incipit, *De Iure Canonico*, dele 24. lineas, usque ad, *Non ab re fuerit*, exclus. — Colum. 2666. ante med. post illa verba, *& rursus Augustanis* 66. dele reliquum columnæ, cum tota sequenti, & ite dimidiata columna 2668. usque ad paragraphum quartum, *Politie contemporaneæ*, exclusivè. — Lib. 19. capit. 5. col. 2700. in fine, post illa verba, *Dicenda esse monebat*, dele tres lin. usque ad, *& hac est dialectica*, exclus. — Colum. 2771. ante medium §. *Sed multi nunc similes*, dele totum per novem lineas, usque ad, *Ad subditos*, exclusivè. — Colum. 2775. ad finem, post illa verba, *Novi orbis partes recenset*, dele sedecim lineas, usque ad, *Habuit schola*, in col. 2776.

In oratione, *De Causis corruptarum scholarum*, in colum. 2779. ante finem, post illa verba, *Decenium proximum acciderunt*, dele

CES  
rum  
ITORU  
V



13. lineas usque ad, *Qua si quis*, exclus. — Et col. 2974. in medio, dele, *Vel Melanethonem*. — Et 2795. ante medium, post illa verba, *Urbis profligata*, dele sex lineas, usque ad, *Hic vero cum*, exclus.

Lib. 20. cap. 1. col. 2803. paulò post medium, post illa verba, *Eodem labore refutaverit*, dele tres lineas, usque ad, *Qua cum ita sint*, exclus. — Col. 2806. ad medium §. 2. *De gradibus certitudinis historica*, paulò ante finem, post illa verba, *Adiunctis, de quibus Theologi*, dele usque ad §. 3. exclus. in col. 2811. — Col. 2812. ad finem, post illa verba, *Historia tripartita*, & *Nicephoro*, dele duas lineas, usque ad initium col. 2813. exclus. — Col. 2813. ad finem, post illa verba, *ferè tempora perduxerunt*, dele sex lineas, usque ad, *Historia naturalis*, excl. — Cap. 7. quod inscribitur, *De Historia Theologica*, à col. 2827. usque ad 2857. per octo folia expungenda sunt.

Cap. 8. de Historia Iuridica col. 2859. linea penultima, ubi legitur, *Synodum Oecumenicam quintam Constantinopoli celebraverit*, lege, *Celebraverunt*. — Col. 2860. paulò post initium, & post illa verba, *Breviter comprehenditur*, dele tres lineas sequentes, usque ad, *Denique, & novas leges*, exclusivè.

Cap. 9. de Historia Medica, & cap. 10. de Historia Philosophica, pauca videntur habere censuram, & obelo digna. — Sed colùna 2892. ad finem, expunge nomen Lutheri. — Et pag. 2895. lin. 8. à fine, dele, *Ex Theologis Melanethon Oecolampadius*, & *Beza*. — Et col. 2899. lin. 12. à fine iterum expunge nomen *Melanethonis*, & iterum post lineas 18.

Cap. 12. de Historia à lapsu, & c. §. 1. col. 2913. paulò ab initio, post illa verba, *Eodem & destitutus*, dele undecim lineas, usque ad, *Modum peccati primi*, exclus. — Et inferius, post 18. lineas, post illa verba, *Apostolus vocat Romanos quinto*, dele 3. lineas usque ad, *Radix tamen istorum*, exclus. — Et col. 2914. ad finem sub §. 3. post illa verba, *Fit atque impletur*, dele sex lineas, usque ad, *Atque hanc permissionem*, exclus.

Cap. 13. col. 2920. ad finem §. 3. *Translatio Enoch in celum*, pro, *Cælo*, repone, *Paradisum*, ubi ter repetitur in eodem §. —

Cap. 16. col. 2950. ad finem, dele 19. versiculos, qui incipiunt, *Est schema Samson*, & c. usque ad, *Tempore Samsonis*, in colum. 2951. exclus. — Cap. 22. col. 3010. ante medium sub titulo, *Regula*, post illa verba,

*Immunitatibus ornavit Ecclesias*, dele undecim lineas, usque ad, *Synodus illa*, dele, exclus. — Col. 3014. sub, *Sacrum*, pro *N. T. §. 3.* post initium ubi legitur, *Historianos, & Eutychianos indicit*, pro, *indixit*, substitue, *Coluit*. — Col. 3015. ad medium, sub §. IV. post illa verba, *Magnum copus Romanus*, dele novè lineas, usque ad, *Fl. Heraclius*, exclus. — Col. 3016. ad finem, sub §. IV. *Fl. Constantinus*, post illa verba, *Ad habitandum Mysia*, dele 4. lineas usque ad finem colùnae, & §. — Col. 3017. ante finem §. 4. *Flavius Leo*, post illa verba, *Genere fit Imperator*, dele octo lineas usque ad finem §. — Et mox §. *Flavius Constantinus*, post illa verba, *Leoni*, dele quatuor lineas, usque ad, *Synodus Constantinopolitana*, & deinde alias sex lineas sequentes, usque ad finem §. — Col. 3018. sub §. 7. ubi legitur, *Indicium*, lege, *Coluit Synodum*.

Cap. 23. col. 3019. ante medium sub titulo, *Regula*, dele illa verba, *Solusque liberalis de alieno*. — Eadem columna dele nem sub §. 2. *Ludovicus Primus*, post illa verba, *Ius Canonicum tradit*, dele duas lineas usque ad, *Hic Imperator*, exclusivè. — Col. 3021. — Col. 3021. parum post initium sub num. 3. post illa verba, à *Francis ad uxores*, dele octo lineas, usque ad, *Cæsar Imperator*. — Et paulò inferius, sub num. 4. post illa verba, *Berengarius Regis pellicem*, dele octo lineas, usque ad finem numeri. — Et inferius sub num. 6. post illa verba, *Regnavit tertius Otto*, dele 3. lineas, usque ad, *Hic Imperator*, excl. — Et in fine eiusdem numeri in col. 3022. ad medium, dele tres lineas usque ad numerum tertium, *Sacrum undecimum*, exclus. — In eadem columna ad finem §. 3. *Henricus Tertius*, post illa verba, *Succedit anno 1539.* dele decem lineas usque ad §. 4. *Henricus Quartus*, exclus. in col. 3023. initio. — Eadem columna sub num. 4. post illa verba, *Anno 1056.* dele reliquas §. per viginti quinque lineas usque ad, *Qui confirmat Papa*, exclus. — Col. 3024. initio, sub §. 4. post illa verba, *Italiani*, dele quatuor lineas usque ad, *Egyptus ex Italia*, exclus. — Et paulò inferius legitur, *Furij Romanis*, dele, *Furij*, & *Romanis*, dele novem lineas, usque ad finem numeri, & §. — Col. 3025. ante medium sub §. & nu. 4. post illa verba, *Aqua*, dele tres lineas, usque ad, *Succedit Alexander Tertius*, exclus. — Et in fine columnae & §. dele duas lineas, usque ad numerum, & §.



ricus Sextus, exclus. — Sub quo numero, in col. 3026. paulò post initium, post illa verba, *Franciscus, & Dominicus florent*, dele octo lineas, usque ad §. 5. *Sæculum decimum tertium*, exclus. — Eadem columna num. 2. *Friedericus Secundus*, post illa verba, *Immensa libido*, dele tres lineas usque ad, *Inquisitio Heretica*, exclus. — Col. 3027. post medium, sub §. 6. *Sæculum decimum*, 4. post illa verba, *subilum Rome instituit*, dele quinque lineas, usque ad, *Scaligeri hoc tempore*, exclus. — Col. 3028. sub num. 3. parum ab initio, dele, *Contra Pontificum insolentiam*, & inferius sub num. 4. dele, *Ioannes ite Widelus Anglus redarguit Papistarum superstitiones*. — Col. 3029. sub §. 7. *Sæculum decimūquintum*, num. 2. ante finem, post illa verba, *Calamitissimum tollerent*, dele 33. lin. usque ad, num. 3. *Albericus Secundus*, in col. 3030. exclus. — Et col. 3031. lin. 6. dele, *Propter veritatis confessionem*.

Cap. 24. col. 3031. linea 5. à fine, ubi legitur, *Capitulum reformatio*, lege, *Capitulum heresis*, & paulò post initium, col. 3032. post illa verba, *Itemque Francofurtensis*, dele 12. lineas, usque ad, Anno 1519. exclus. — Et paulò post sub num. 2. post illa verba, *Apocalypsis* 10. & 11. dele duas lineas, usque ad, *Catechismus totus*, exclus. — Et paulò inferius, post illa verba, *Hebraeorum esse retinendos*, dele 12. lineas, usque ad, *Sed Papa morte*, exclus. — Col. 3033. ad medium, post illa verba, *Nomenclatura protestantium*, dele duas lineas, usque ad, *Anno trigessimus*, exclus. — Col. 3034. paulò ante medium, post illa verba, *Witmo anno 63*, dele q. attor lineas, usque ad, *Huc successit*, exclus. — Et post aliam lineam, dele, *Latius omnium acclamationibus*. — Et paulò inferius, sub num. 3. post illa verba, *Henricum Stuartum*, pro, *Interfici*, curat, lege, *Interficiunt*. — Et paulò inferius, dele, *Cui struxerant insidias*. — Et postea sub num. 4. col. 3035. initio, post illa verba, *Subiectam everit*, dele 5. lineas, usque ad, *Ideo pacificationem*, exclusivè, in col. 3035. — Et inferius, post 20. lineas, ubi legitur, *Qui tyrannus*, dele, *Tyrannus*, & post, *Decumanas instituit*, dele tres lineas, usque ad, *Hoc ipso anno*, exclus. — Inferius sub 11. *Sæculum decimum septimum*, colum. 3037. ante medium, dele, *Papa Politiciorum*. — Et paulò inferius, de *Iosepho Scaligero*, dele, *Litterarum humaniorum Principes*.

Col. 3041. sub titulo, *Ad periodum Iulianam*, initio prologi, dele, *Chronologorum ille*

*Princeps*. — Col. 3058. ante medium, in titulo, *Hymnorum G. Fabricij*, adde, *Auctoris damnati*. — In nomenclatore Auctorum, dele, *Martinus Lutherus & Philippus Melancthon*. — Et in Indice, dele, *Antichristi Romani*, etates quot sint. — Et in Indice rerum, dele, *Luctus mortuorum*, ethnicus. — Dele que sub Luthero continentur. — Itē, & sub Melancthone. — Et *Petrus, & Paulum non venisse Romam*, &c.

TOMVS TERTIVS, A LIBRO 21. usque ad 27.

Col. 84. ante medium §. Cap. 27. dele, *Lutherus vertit*. — Col. 140. ante medium, tolle vocem, *Magnus*, à Scaligero. — Cap. 9. sub titulo, *De Lexico Philosophia*, colum. 2003. ante medium, ubi legitur, *Commemorentur Papa*, dele vocem, *Papa*. — Et col. 204. post 4. primas lineas, dele, *Illud elegans Lutheri*. — Col. 365. cap. 14. in Grammatica Græca ante medium, d. l. *Proderit consulere annotationes maiores Beze*. — Pag. 457. lib. 23. in Rhetorica, cap. 4. sub *Catechesi*, post illa verba, *Catechesis subiicitur exegesis*, dele 4. lineas, usque ad num. 6. *Ostendimus*, exclus. — Et deinceps notandum est in plerisque exemplis tropoū, & figurarum hunc Auctore obtrudere errores Lutheranos, & Calvinianos. — Col. 464. ad finem in *Metonymia*, post, *Faciet vos lugere*, dele totum num. 5. *Iustificatio*, &c. per unam, & viginti lineas, usque ad finem §. — Cap. 6. de *Metonymia subiecti*, col. 465. ante finem, *Fides iustificat*, idē, *Christus fide apprehensus*. — Col. 466. ante medium, dele, *Panis Eucharistia est Corpus Christi*. — Col. 468. cap. 7. de *Metonymia antecedenti*, dele, *Corpus Christi pro Sacramento Corporis Christi*. — Col. 473. parum post initium, sub titulo, *De Metaphora*, dele, *Nil Deus in nobis prater sua dona coronat*. — Col. 484. ad finem, in *Polyptoton*, paulò ante finem, post, *Sed hoc maius*, dele lineam, usque ad, *Huc etiam iuxta*. — Col. 495. ad finem, in *Prosopopeia*, post illa verba, *Provinciam susciperet*, dele octo lineas, usque ad, *Talis Prosopopeia*, exclus. in col. 496. — Col. 497. ad finem in *Aposiopesis*, post illa verba, *Dicere dispudet*, dele sex lineas, usque ad, *Ad Ellipsim accedit*, exclus. — Col. 498. post medium, sub titulo, *Ad dubitationis formulæ*, num. 1. post verba, *Subiicitur responsio*, dele 7. lineas, usque ad, *Item non invenio*, exclus. — Col. 499. §. 7. *Communicationis formulæ*, post, *Communi-*

Fff 4 catio-



cationes species dirigitur, dele 10. lineas, usque ad, *Ad iudicem*, exclus. — Et post alias septem lineas, & illa verba, *Calidum ne est, an tepidum*, dele 5. lineas, usque ad, 4. *Ad adversarium*, exclus. — Col. 501. §. IV. *Occupationis*, in fine, post illa verba, *Respondentem fingimus*, dele octo lineas, usque ad finem §. — In Logica cap. 3. §. 7. In *Fallacia, & abusu Thematis*, col. 529. ad finem, post, *Ex insolentia tropi*, dele 5. lineas, usque ad, *Fallacia ambiguitatis*, exclus. — Cap. 17. de *Contradictionibus*, §. 4. *Usus amplificationis*, dele totum per 13. lineas. — Cap. 19. de *Paribus*, col. 553. ad finem, §. *Canones de Paribus*, paulo ante finem, post illa verba, *Vitium vituperandum*, dele duas lineas, usque ad num. 3. *Oppositio contrariorum*, exclus. — Col. 554. paulo ab initio, dele, *Paulus aequè fuit Apostolus, atque Petrus*. — Et post. 10. lin. dele, *Vi Abraham Fide fuit iustificatus, ergo omnes fideles sic iustificantur*. — Et inferius in fine §. post illa verba, *Non paria ponuntur pro paribus*, dele lineam, usque ad, *Israelitæ abstulerunt*, exclus. — Cap. 20. §. 15. col. 555. ad finem, deleatur totus §. *Fallacia maiorum*, per 3. lineas. — Cap. 29. §. In *fallacia distributionis*, post illa verba, *à non distributo ad distributum*, dele duas lineas, usque ad finem §. Cap. 30. col. 573. post medium, sub titulo, *Regule*, post verba, *Omnia testimonia Divina*, dele duas lineas, usque ad, *Quidam vocant*, exclus. — Col. 574. §. 3. In *usu demonstrationis*, post illa verba, *Non valet consequentia*, dele quatuor lineas, usque ad finem §. — Eadem columna, ad finem §. 5. *Fallacia testimonij*, dele num. 7. *Cum antiquitas praefertur rationibus*, & num. 9. *Cum testimonium conscientia, & sensuum usque deque habetur*. — Col. 581. ad medium, capit. 3. de *Axiomate vero*, §. 3. dele, *Vi peccatum originis est substantia*. — Cap. 4. col. 583. post medium, sub §. 2. post illa verba, *In axiomate simplici*, dele 7. lineas, usque ad, *In discreto*, &c. exclus. — Et inferius sub §. 3. dele, *Qui credunt in Christum, iustificantur*. — Cap. 5. De *axiomate universalis*, col. 584. ad finem, num. 2. dele, *Omnes electi sunt filij Dei*. — Cap. 7. §. 4. ad finem, dele, *In priori propositione sumitur de fide salvifica, in posteriori de hypocritica*. — Cap. 10. §. 4. col. 393. initio, post, *Syllogismo primæ figuræ*, dele 7. lin. usque ad, 2. *Cum syllogismus singularis*, exclus. — Cap. 16. §. 2. *Fallacia syllogismi imperfecti*, post *cum antecedens falsum est*, dele quatuor lin.

usque ad finem §. — Et inferius, §. 6. *Iudicium Syllogisticum*, dele tres lineas, usque ad finem §.

Lib. 25. capit. 7. §. 8. col. 652. paulo post initium, post illa verba, *Per interrogationem*, dele tres lineas, usque ad, *Per enumerationem*, exclus. — Cap. 8. §. 4. col. 651. ante finem, post, *Dicendi revocetur*, dele quatuor lineas, usque ad, *Singula disciplinae*, exclus. — Cap. 20. De *Epistola*, §. 4. col. 651. ad finem, post, *Sententiam amplectentem*, dele duas lineas, usque ad, *Philosophia*, exclus.

Lib. 26. c. 8. §. 10. col. 729. parum ab initio, dele 27. lineas, & duo epigramata cum, & Latinum, usque ad §. 11. *Argumenta*, exclus. — Cap. 13. col. 736. in expunge nomen, *Theodori Beza*. — In titicæ part. 2. cap. 5. col. 765. dele totam ramidem Poeticam constantem 24. lineas, & incipit, *Quis hic cubet*. — Et col. 770. parum ab initio dele titulum, *Philosophia*, & reliqua, usque ad finem epigrammatis Rodolphi Goclenij, scriptoris damiani, incipit, *Alstedium vis*, & constat quatuor stichis. — Col. 771. in fine §. 25. post, *Chiste tuam*, dele extrema duo disticha. — In penultimo, quod inscribitur, *Ad studium Philosophiae*, in fine, post inscriptionem, *Gorgius Paser*, adde, *Scriptor damianus*. — Folio ultimo, dele totum poemam, cum inscriptione, *Ad Clar. virum, &c. & est Iusti Resenbergeri*, scriptoris damiani.

EIVSDEM *Clarvis eris Lullane, &c. & re logites*, duos in libellos tributa, Argenti torati 1609.

In prima libri facie, ubi legitur, *Solus dilucidatio*, dele, *Solida*, & post, *Alstedij*, dele, *Auctoris damiani*. — In Praefatione, incipit, *Omnes homines*, pag. 4. linea 3. dele, *Sapè acutum videt*. — Et linea 6. post, *Acacutiverit*, dele duas lineas, usque ad, *Perum enim vero*, exclus. — Et in fine eadem paginae, ubi legitur, *Divini illorum*, dele, *Divini*. — Lib. 1. cap. 3. pag. 9. ad finem, post, *Cirillum*, dele duas lineas, usque ad, *Petrus Cluniacensem*. — Pagina 10. ad medium, post, *Nicolaum de Lyra*, dele, *Sapè delirat*. — Et inferius, post, *Falsus vit, atque confirmavit*, dele 12. lineas, usque ad, *Sequitur nova*, exclus. — Pag. 11. sub initium, linea 6. ubi legitur, *Orthodoxi seu protestantes*, lege, *Heterodoxi heretici*, & dele, *Orthodoxi*. — Et deinde dele usque sequentes lineas, usque ad, *Rodolphum Goclenium*, exclus. — Cap. 4. pag. 15. ad me-



Affigenda Walchio nota damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permitti. — In Epist. dedicat. pagin. 2. fol. antepenultimo, ad medium, dele vaide immodestum Elogium Iacobi Sturmij, hominis damnatae memorie. — Fabula 6. pag. 79. ad medium, post illa verba, *Aut etiam trucidetur*, dele reliquum pag. usque ad finem sequentis, quod; 80. & initium fabulae septimae, exclus. — Fabula 8. pagin. 113. post tres lineas, ab initio, & illa verba, *muti facti sunt*, dele reliquum huius §. usque ad, *attonitus tandem*, exclus. — Et in eadem fabula, pagin. 160. post medium, dele §. constantem 6. lineis, qui incipit, *Ergo horum nobis usu*. — Et pagin. 161. ante medium, post illa verba, *Mulcet, & verbis obruat*, dele duodecim lineas, usque ad, *qui & omnibus bonis*, exclusivè. — Fabula 9. pagin. 252. post lineam sextam à principio, & illa verba, *Columbus olim cum Hispanis*, dele parenthesis constantem duabus lineis, usque ad, *familiares sermones*, exclus. — Et pagin. sequent. 254. dele extrema verba, *Tantum pamphagis fortissimus columbus*, &c. — Et pagin. 258. post medium, & post illa verba, *Haecenus secuti erimus*, dele integrum §. sequentem, usque ad pagin. 259. post medium, & §. *Postea quam ergo*, exclusivè.

IOAN. Wankelius.

Seu, Vagelinus, Theol. Luth. German.

*Elvs In horologium Principum Antonij de Guevara*, translatio in Latinum, & notationes marginales cum Chiliadibus aliquot lectissimarum sententiarum. Torgæ, typis Principis 1611. permittitur.

In Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Cum triumphum*, in fine epistolæ, dele, *Pietatis ipsius fructu, & Christi Ecclesia*. — In Præfatione verò ad lectorem, lin. 4. expungo nomen *Philippi Melancthonis*. Et post alias sex lineas, dele, *Quorum alter diligentissimus*, usque ad finem §.

IOAN. Wegelinus.

German. Theolog. Lutheran.

*Elvs In Anonymi Philosophi Christiani librum de virtute*, è Græco Latinitate donatum, *Hypomnemata*. Augustæ Vindelicorum, apud Ioannem Prætorium, 1604.

Post appositam notam Wegelinæ, & operi, ex *Hypomnematis*, in cap. 1. §. *Cai Pistis*, pag. 126. ad medium, post illud, *Hoc est, operum inanem*, dele omnia usque ad finem §. & usque ad §. *E. Tu Anthropol*, exclus. — In idem caput §. *Ede anoteris*, ad finem §. pag. 138. initio, post illud, *Conditione subsistat*, dele usque ad finem §. & usque ad §. *Logice*, exclus. — In idem caput §. *Cai antextusi*, pag. 141. sub initium, ibi, *Ante Regenerationem*, in externis tantum, naturalibus, dele, *externis tantum*. — Et mox post illud, *Naturalibus, & Civilibus*, dele usque ad, *Potest enim recta ratio*, exclus. — Et paulò inferius, à medio eiusdem pag. post illud, *Arbitrium captivatum*, dele usque ad, *Est, nec quicquam nisi*, exclus. — Eodem §. pag. 142. ante medium, post illud, *Confirmat autem hoc quoque*, dele usque ad, *Auctor Hypognosticorum*, exclus. — Eodem §. pag. 143. sub initium, post illud, *Expedi operari*, *Que ille*, dele usque ad, *Testatur etiam S. Augustinus*. exclus. — In cap. 19. §. *Esti dichiosyne*, pag. 393. à medio, post illud, *Thomas 22. Quest. 58. ad 1. dele usque ad, Probe explicant*, exclus. & pro, *explicant*, scribe, *explicat*. — In cap. 20. §. *Meginus*, p. 408. ad finem, post illud, *Ecclesiasticis c. 7. v. 16. dele usque ad, Pertinet verò huc*, exclus. — In cap. 38. pagin. 538. ad medium, post illud, *Voluptasque consequitur*, dele usque ad, *Porro de numero affectuum*, exclus. — Et ibidem dele notam marginales, *Melancthon*. — Ibid. p. 591. ante med. post illud,

*Ratio*

CES  
cum  
TORU



*Rationem explicat, dele usque ad, Sed in tanta Auctorum, exclus. — Et ibidem expunge ex margine, Melancth. — Ex Indice delenda. — Fides Historica, qua. — Liberum Arbitrium quoad spiritualia, dele, Quin, & amissum est Liberum Arbitrium ante conversionem, &c.*

IOANNES Weidnerus Lensidellus. Theolog.

IOAN. Wernerus, Hanoverensis. Medic.

IOAN. Wesselus.

Seu, Wesselius, Poëta Lutheran.

Eius *Farrago Versuum, ex Baptista Mantuano*, cum duabus silvulis. Norimbergæ, 1571. permittuntur cum nota Auctoris & operis.

IOAN. de Wessalia.

Germ. Luth. Theol. Scholasticus, propter *Hæresim, & librum Paradoxorum*. Moguntizæ damnatus coram Inquisitoribus.

IOAN. Wesembecius.

IOAN. Westphalus.

IOAN. Wibalius, Montensis.

IOAN. Wiclephus.

Seu, *Wiclevus*. Anglus, Profess. Oxoniensis, Hæresarcha. Cuius plussquam ducenta volumina concremata sunt Pragæ, Bohemorum, ann. 1428. Eius cadaver exhumatum est & exustum.

IOAN. Wierus.

Phil. & Medicus, Lutheran.

IOAN. Wigandus.

German. Minister Mansfeldens. Theolog. Lutheran.

IOAN. VVilichius.

Eius *Compendiosa commentaria, in omnes fabulas Terentij*, permittuntur, adhibita nota damnati Auctoris, & operis permitti.

IOAN. VVillebrochius.

Dantiscanus, German. Poëta, Luther.

IOAN. VVillengus.

Theol. Concionator Palatinus, Lutheranus, bebat, Theologica, & controversia Heidelbergæ.

IOAN. VVinckelmannus. Germ. Theol. & Historic. Luth. Aug. conf.

IOAN. VVitgiftus.

IOAN. VVitlingus.

Idem qui *Ioannes Brentius*, scribentem Psalmos. Basileæ 1550. sed dum edere temporis in exilio, nomen finxit, & proprium suppressit.

IOAN. Vulteius. Remensis.

IOAN. VVolderus. Germ. Theol. Luth. Aug. conf.

IOAN. VVolfangus. Aver-Langenzennensis Franc. LC

IOAN. VVolphius.

De *Tabernis montan.* I. C. & Historicis.

IOAN. VVolphius, Tigurinus.

Seu, *Wolffius*, Pastor Tigurinus, Calvinus-Zuing. scribebat in varios sacros libros, & nonnulla etiam Philologica.

Eius in *Ence Gazæ, de animarum immortalitate, & Corporum Resurrectione*, versio cum Epistola, *Dialogi, &c.* Per Andream Gesnerum, 1559.

Post adhibitam præscriptam notam Auctoris damnati, & operis permitti.

Pag. 3. in Epistola ipsius Wolphij, qui incipit, *Alias me rescribere*, sub initium, post illud, *tamen. & illi viro*, dele usque ad *vobis viris clarissimis*, exclus. — Etiam rursus ad medium eiusdem pag. post *Potuissem prestuisse*, dele usque ad *quod, seu ignorantia*, exclus.

Eiusdem Ioannis Wolffij, Præfatus ad Iulium Episcopum Herbipolitanum præfixa *Metropoli Alberti Krantzij*, Vid. in Alberto Krantzio, 2. Class.

IOAN. de VVorden.

IOAN. à VVover.

Seu à *Wovere*, seu, *Wouwerius*, (seu *Woverius*, non ille quidam *Ioannes Woverius* Brabantus pius, & Catholicus, sed potius alius *Ioannes Woverius*, seu potius *Woveren*, Germanus, Hamburgensis.



multis sectariis familiaris, *Grutero, Mersio, Douſe, Vulcanio, Mernle, Heinsio, & Scaligero, Casaubono, Budio, qui Polymathiam composuit, aliaque edidit scripta, quorum deinde meminerimus.*

Eivs Polymathia, *Traſtatio, de ſtudijs veterum.* Ex Bibliopolio Frobeniano, 1604. permittitur.

Adhibe notam damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permitti.

Ex cap. 19. pagin. 176. ad med. post illa verba, *Hæc in Synesio reprehendebant, dele omnino sex lineas, usque ad, Synesij Græci testimonium, exclus.*

EivsDEM *Syntagma de Græca, & Latina Bibliorum interpretatione.* Hamburgi, apud Michaëlem Heringium, 1618.

Post præfixam notam solitam Auctoris, & operis, expunge titulos honorificos sectariorum, quibus hoc Syntagma dicatur, & similiter cum horum, tum aliorum sectariorum, quorum in eius vita sit mentio. Et inure illis notam damnationis. — Ex cap. 3. pag. 33. lin. 4. ante finem, dele, *Abſurdus & maioris imperitiæ.* — Et initio pag. 34. lin. 3. à principio, dele, *Gravissimus est error, usque ad, Negligentiæ, exclus.* — Et post, *Negligentiæ, expunge, Haud dubie summa.*

EivsDEM *Epistolarum Centuria dua.* Hamburgi, 1619. Permittuntur.

Post appositam libri initio notam Auctoris damnati, & operis permitti. — Ex epistola undecima, pag. 463. ad finem, post illa verba, *Magnam famam assequemur, dele sex lineas, usque ad, Quos Genevenſes ediderunt, exclusivè.* — Pagin. 475. eiusdem Epistolæ, initio, post illa verba, *Nostræ purpure, dele, veritus est, ex Beza Papam facere videret.*

EivsDEM *Asini laus.* Lugduni Batavorum, 1623.

Sciendum, librum hunc cui titulus, *Laus Asini, Lugduni Batavorum Anonymum prodisse, coniectura tamen non levi, Auctorem esse hunc ipsum Ioannem à Woveren, sed cuius cuius sit sic corrige.* — Pag. 106. adscribe in margine, *Cautè legendū, malignè enim, atque ambigū videtur loqui de auctoritate Pontificis.* — Pag. 108. parum post initium, post illa verba, *Baccho plusculum libarunt, dele 10. lineas, usque ad, Quæ res facile, exclus.* — Pag. 112. post medium, & post illud, *Nata fœdera coniungunt, dele 8. lin. usque ad finem pagin. & illa verba, Satis constat, &c. exclus.* — Pag. 115. ad medium, ubi legitur, *De fato, ac arcanis Dei, tum de nescio*

*qua destinatione, &c. adscribe in margine, Cautè lege, malignè enim & vafre loqui videtur de gravissimis Theologiæ disputationibus, & præterea temerè confundit satum cum Dei arcanis.* — Pag. 116. initio, post illa verba, *Animos paulatim mitigavit, dele septem lin. usque ad, Quorum aliqui has terras, exclus.* — Et ad finem eiusdem pag. lin. 4. à fine, post illa verba, *Initio peccatum est, dele 9. lineas, usque ad initium pag. sequētis, & illa verba, In quo Claudius, exclusivè.* — Pagin. 119. à prima linea, quæ incipit, *Si ad loca Beatorum, dele 13. lineas, usque ad, Ut Augustus olim populum Romanum, exclus.* — Pagin. 119. ad med. post illa verba, *Ventorum dūto cingatur, dele quatuor lineas, usque ad, Quem ne hoc divi, exclus.* — Pag. 132. dele, *In Germania Erasmi, Capniones.* — Pag. 135. ad medium, post illa verba, *Sylvæ intonere profunde, dele, Nunc aut Theologicos libellos frigidus insulsos, & quindecim præterea lineas, usque ad sextā pag. sequentis, & illa verba, Asini famella, exclus.*

EivsDEM *In Sidonium Apollinarem recensio, & nota.* Lugdun. 1598. Cum epist. ad Guitardum Ratcum, & proemio in Sidonium. Parisijs 1608. Permittuntur appositæ notæ, item præfatio, quæ incipit, *Amplissime Præsul, & Epistola ad Theodorum Marcilium, & notæ Sidoniæ, à pag. 7. ut monet typographus.*

Pag. 113. post initium, post illa verba, *Causa includit, dele 30. lin. usque ad ante finem pag. seq. & illa verba, Nemo enim timet multos, &c.*

Ex Indice vero expunge, *Helvetij gens sanctissima.* — *Hispani Asinorum laude celebres.* — *Hispanorum vituperatio.* — *Hispanum bellandi, ac cessandi causas omnibus imponere.* — *Hispanum emere omnibus in locis, &c.* — *Hispanum omnes sive sumptu suo &c.* — *Hispanus ubicumque in usus suos præsens.* — *Hispanus quam callide ubique, &c.*

EivsDEM in *Petronium, notæ, seu animadversiones, vide, in Petronium Arbitrum cum notis 3. Class. lit. P.*

IOAN. Vutenhovius, seu Vtenhovius.

German. Lutheran.

IOAN. Zanger.

Seu Zangerus, Iuris-Consultus, & Theol. Lutheran. Augustanæ confessionis.

Eivs

CES  
cum  
ITORU  
7



EIVS tractatus de exceptionibus.  
Wittenberg. 1539.

Post appositam libri initio notam in  
Præfatione, quæ incipit, *Reipub. verum*, sub  
initium, post illa verba, *Torge instituit*, dele  
usque ad, *Ceteri qui de his*, exclus. — Cap.  
1. pag. 61. §. *Secundo reus*, initio, dele, *etiam*  
*Clericus*. — Et inferius, num. 22. post, *de*  
*foro compet.* dele usque ad, *contractus autem*,  
exclus. — Pag. 85. num. 87. §. *Tertio sorti-*  
*tur*, post, *Deciani in D. Consilio*, dele usque  
ad, *Aufser. in Rep.* — Pagin. 133. num. 146.  
§. *Septimo fundatur*, post, *Dist. 11. Ind. n. 8.*  
& 14. dele usque ad finem §. — Pag. 308.  
n. 106. post §. fin. *D. de solut.* dele usque ad,  
*Corollarij loco*, exclus.

IOANNES Zechner.

Seu, *Zechnerus*, Constantiensis, Theol.

IOANNES Zuvichius.

Seu, *Zuvichius*, Minister Constantiensis.

IOBVS Fincelius.

Vinatensis, Physicus, & Medicus Zuicha-  
viens. & Poëta, Lutheranus.

Eivs quædam *Pœmata*, Vide tom. 3.  
Delic. Germanicarum, 3. Class.

IODOCVS Harchius.

Montenf. Germ. Theolog. & Medicus,  
Calvino Zuingl.

IODOCVS Hochkerius.

German. Theol. Luther.

IODOCVS Iamlauderius Bru-  
gensis.

IODOCVS Iungmannus.

Philosoph. Germ. Luther.

Eivs *Praxis Grammaticæ, Rhetoricæ, & Dia-*  
*lecticæ*, recognita à Rodolpho Goclenio.  
Castellis, 1609. permitt. cum solita nota.

IODOCVS Nahum.

Seu, *Nahum*, Theol. Calvino-Zuingl.

IODOCVS Willichius.

Germ. Theol. & Philos. Luth. Aug. confes.  
Vide eius in omnes *Terentij* fabulas co-  
piosa Cômmentaria, 3. Class. in *Terentium*.

IONAS ab Ebuelsfeld. Phil.

IONAS Francus.

IONAS Grasslerus.

Theol. Minister Basil. Germ. Luther.

IONAS Hocker.

Seu, *Ioan. Hockerus*, Germ. Theol. & Phil.  
Luther. August. confess.

IONAS Hombergerus.

Fridslariensis, Germ. Theol. Poëta.

IONAS Philologus.

Non solum nomine, sed etiam re, ad-  
dicius.

Eivs *Dialogi*. Moguntia, 1519. —  
*tome Quintiliani*. Basileæ. — Et *De*  
*medica Galeni*. Parisijs, & Basileæ  
mittuntur cum nota Auctoris & op.

IONAS Volmarus.

Theolog. Calvinista.

IODANVS Bruerus Holm-  
Phil.

IOSEPHVS Grabbius.

Averbacensis, Theologus, Calvino-Zu-  
glianus.

IOSEPHVS Grumpeck.

Seu, *Grumpekius*, Germ. Medic.

IOSEPHVS Klup.

IOSEPHVS à Pinu, Amerba-  
chius.

Eivs *Quædam Pœmata*. Vide tom.  
Deliciarum Germanicarum.

IOSEPHVS Quercetanus.

Gallus, Medicus, Luthero-Calvinista.

Eivs *Dieteticon polihistoricon*, Lipsiæ  
1615. Francofurt. & Paris. 1607. Appo-  
Quercetano notam damnati scriptoris  
sect. 1. cap. 1. pagin. 12. post medium,  
post illa verba, *Habitus sibi inveniendi*  
dele 8. lineas, usque ad, *si quidem verum*  
*tutibus*, exclus. — Et pag. 13. ad me-  
§. *Cetera Ethnicorum*, post illa verba  
*promittunt*, dele 7. lineas, usque ad, *ius*  
*quidem beatitudinis*, exclus. — Pag.  
post initium, §. *Nolim tamen*, post illa ve-  
ba, *Explodere, atque dammare*, dele 5. lineas  
que ad, *Ad clariorem igitur*, exclus.



Cap. 2. pag. 27. linea 7. ubi legitur, *Et omnibus exueretur*, dele vocem, *Omnibus*. — Cap. 3. quod est de *Avaritia*, pag. 36. expunge historiam, seu potius fabulam de Episcopo Moguntino à muribus deturbato, videlicet à §. *Is de quo loquimur*, inclus. usque ad §. *Præter visibile illud*, exclus. in n. 37.

EIVSDEM Iosephi Quercetani, *Sclopetarius*, sive de *Curandis vulneribus Sclopetorum*, &c. Lugd. 1576. permit. cum sua nota.

Sicut & *tetras totius capitis affectuum*, Marpurgi, apud Paulum Egenolfum, 1607.

— Et eiusdem brevis incurio ad brevem Riolani excursus. Marpurgi, 1605. —

Eiusdem responsio ad veritatem Hermetice medicinæ. Paris. & Francof. 1604. —

Liber de priscorum Philosophorum vera medicinæ materia. Geneva 1600. — De

ortu, & causis Metallorum. Lugduni, 1576. —

Item alia opuscula medica de metallorum præparatione. Francof. 1602. Lugd. 1591. —

Item eiusdem pestis Alexicacus. Paris. apud Morellum, & Lipsiæ, apud Voigt. 1608. —

Item pharmacopœa Lipsiæ, & Parisi. 1607. singulis tamen apponenda sua nota, &c.

### IOSEPHVS Scaliger.

Gallus, ex Aginno in Nitiobrigibus, Calvino-Zuinglianus, apud alios, ex numero Protestantium Germanorum, Professor Leydenfis Philologus, Historic. audit etiâ Theologus, cuius etiam innumera sunt opuscula varij generis, sed pleraque Philologica.

Permittuntur autem eius in *M. Manilij*

*Astronomicon*, libros 5. *Commentarius*, expunctis quinque *Epigrammatis* initio operis in

laudem Auctoris, & operis. — Item *In eisdem M. Manilij* libros *Nota*. — Item *Au-*

*soniarum Lectionum* libri duo. — Item, *In*

*Theocritum* *Nota*, & *Lectiões*, seu emenda-

tiones, reiecta tota *Epistola Hieronymi Com-*

*melini ad Ioannem Obsopœum*, cuius initium est, *Quæ me ad Græcorum*, &c. — Item, *In*

*Caullij, Tibullij, & Propertij Castigationes*.

Item eiusdem *Nota in Disticha Catonis*.

— Item *Animadversiones in Seneca trage-*

*dias*. — Item *Commentaria in Appendicem*

*Virgilij*. — Permittuntur etiam. Item *Pro-*

*verbiorum Arabicorum Centuriæ* duæ,

*Expunctis Auctorum damnatorum elogijs*. —

Item, *Liber de Equinoctiorum anticipatione*,

*expunctis ex præfatione Iani Rutgerij, quæ*

*est in principio, eiusdem Scaligeri elogijs*. —

Item *Cyclometrica elementa* duo, Cui Ap-

*pendice*. — Item *Mesolabium*. — Item, *Co-*

*lectanea in Nonni, Dionysiacæ*. — Item, *In-*

*lij Caesaris Scaligeri patris Vita*, si tamen pag.

39. post illa verba, *Thomas ille Francisca-*

*nus*, deleantur reliqua, usque ad illa, *Sed cū*

*amissos nummos*, excl. — Item, *liber posthu-*

*mus Dissertationis de re nummaria*, si deleantur

*elogia eiusdem Scaligeri ex præfatione*.

*Ex libro vero Ioachimi Camerarij, & Ioan.*

*Leunclavij*. — Item, *Pœmata omnia ex Mu-*

*seo Petri Scriverij*, si tamen ex istius *Epistola*

*precidantur omnia elogia in laudem eiusdem*

*Scaligeri*. *Epistola quoque Isaaci Casauboni*

*tota expungatur*. — *Ex libro vero funerum*

*deleantur epitaphia Georgij Buchanani, &*

*Francisci Iunij*. — *Ex libro præterea Iambo-*

*rum Gnomiorum deleatur secundum epigram-*

*ma, cui titulus, Amor monachatus*. — Deni-

*que ex epistolis ante eigrammata Græca ver-*

*sa, expungantur elogia ipsius Scaligeri, &*

*aliorum Auctorum damnatorum*. In titulo

autem cuiusque, adde, *Auctor damnatus*,

opus vetò hoc permittum.

EIVSDEM opus de *Emendationibus*

*Temporum, recetioris, & auctioris Editio-*

*nis*. Lugduni Batavorum, per Franciscum

*Raphelengium*, anno 1598. & antea Parisi.

1583. & Francof. 1593.

In prima operis inscriptione, post illud,

*Iosephi Scaligeri*, adde, *Auctoris damnati*, &

post illud, *Videri possit*, adde, *Prohibitum*,

cum expurgatione tamen permittum. — Et

pauld inferius, post illud, *Notis eiusdem*

*Scaligeri*, adde, *Similiter prohibitis*, sed cum ex-

*purgatione permittis*. — Ibidem expungan-

tur quatuor versus Græci, qui sequuntur.

— Pag. 2. post inscriptionem operis, post

Græca Polybij verba dele illa Latina, *Ita*

*de nobis cum Deo speramus*. — In *Epistola*

*Dedicatoria ad Achillem Harleū* in fine,

post illud, *Nonagesimo octavo*, dele usque ad

finem. — Et post *Epistolam Dedicatoriã*,

dele omnia *Carmina Latina, & Græca*, us-

que ad initium *Prolegomenorum*, excl. —

In *Prolegomenis*, pag. 4. ante medium, post

illud, *Primum proditum*, dele usque ad, *Quid*

*enim est*, exclusivè. — Ibidem à medio, ibi,

*Etiam pernecessaria neomeniarum*, dele, *per-*

*necessaria*. — Et pauld inferius, post illud,

*Harpali, & Eudoxi*, dele usque ad, *Eudoxea*

*Octaeteris*, excl. — In Parisiensi autem, an-

no 1583. — Pagin. 8. à medio, post illud,

*Nisi ex forma, quam edidimus*, dele usque

ad, *Annus tam noster*, exclus. — Ibid. versus

finem, ibi, *Hallucinati sint omnes*, pro, *Om-*

*nes*, scribe, *Quidam*. — Et mox, post illud,

K k k

Orig-

CES  
cum  
TORU



*originem rei repetunt, dele usque ad, Qui intra seculum, exclus.* — Pag. 15. sub finem, ibi, post illud, *Iuliano ineunte, dele usque ad, Itaque diligentissimus, exclus.* — Pagin. 21. versus finem, post illud, *Patres crediderunt, dele usque ad, Anno solido, exclus.* — Pag. 24. in medio, post illud, *Deuteropoto, explicamus, dele usque ad, Omnes igitur, exclus.* — Ibidem versus finem, ibi, *Quas imperiti negant, dele, Imperiti.* — Pag. 25. sub initium, post illud, *Contra illos faciant, dele usque ad, Verba Evangelistarum, excl.* — Pag. 26. post initium, post illud, *Exodi XII. 21. dele usque ad, Si quinta decima Nisan, exclus.* — Pag. 27. ad medium, post illud, *Erat immolare, dele usque ad, Nos vero, & hic, exclus.* — Et mox, ibi, *Huic stulta interpretationi, dele, Stulta.* — Pag. 40. versus finem, post illud, *Astuat, quantum, dele usque ad, In suo Astiage, exclusivè.* — Pagina 43. post initium, post illud, *Mysterij expositionem, dele usque ad, Quodnam mysterium, excl.* — Ibidem in medio, ibi, *Omissa illa asinina, dele, Asinina.* — Et versus finem, post illud, *An hac negabunt? dele usque ad, Nobis vero satis, exclus.* — Pag. ultima in medio, post illud, *Animadvertere potest, dele usque ad, Vale candide, exclus.*

## LIB. I.

Pagin. 2. D. in fine, post illud, *Exodi Hebraeorum, dele usque ad, Ecce trita, obvia, excl.* — Pag. 20. B. ad medium, post illud, *Natalis Christi, dele usque ad, Item ab anno decimo, exclus.* — Pag. 22. B. ante medium, post illud, *Annus iste qui, dele usque ad, Putatur 1594, exclus.*

## LIB. II.

Cap. De Anno Arabico, pag. 115. A. sub initium, ibi, *Quos ineptissime omnes, dele, Ineptissime.* — Cap. De Cyclo Tessares Kadeccatuarum, pag. 144. C. totum initium capituli, usque ad illud, *Sub Commodio ij, exclusivè, deleatur.* — Capit. De Cyclo Paschali Alexandrinorum, pag. 149. A. sub initium, post illud, *Alexandrino antistiti, dele usque ad, Ut luculentissime, exclus.* — Cap. De Cyclo Paschali occidentalium, &c. pag. 150. B. totum initium capituli, deleatur usque ad illud, *In omnibus igitur conveniebat, exclus.* — Cap. De Periodis Paschalibus Theophili, &c. pag. 151. C. post medium, ibi, *Vestigia sequebantur, rescribe, Vestigia se sequi asserebant.* — In fine eiusdem cap. pag. 156. C. à medio, post illud, *Cycli Christiani, dele*

usque ad, *Porro periodus haec, exclus.* — Capit. De falso Cyclo Paschali, pag. 159. A. sub initium, ibi, *Fuisse hanc ridiculam, dele, diculam.*

## LIB. IV.

Cap. De Anno Proemproseor, &c. ad finem, pag. 258. C. ad finem, post illud, *Initium tantur, dele usque ad, Subyciam igitur bulam, exclus.* — Cap. De emendatione riodorum Lunarum, pag. 303. D. in fine, post illud, *Anni civilis castigata, dele usque ad illud, pag. sequent. C. in medio, Minut de hac re, exclus.* — Capit. De emendatione Cycli Paschalis, p. 313. A. initio, post illud, *Iulianas nanciscamur, dele usque ad, Tabula Noviluniorum, exclus.*

## LIB. V.

Cap. De Epocha Iudaica artificiali, pag. 340. C. in medio, post illud, *Rabbi adde, dele usque ad, Quemadmodum autem, Cap. De Epocha artificiali, pag. 342. A. sub initium, post illud, Alius lunari, dele usque ad, Novilunium Paschale, exclus.* — Ibidem cap. in fine, pag. 343. C. à medio, post illud, *Eram à casu Adami, dele usque ad, finem capituli.* — Cap. De Conditu mundi, pag. 344. A. sub initium, ibi, *Imperit China, dele, Imperitè.* — Eodem cap. pag. 344. B. in medio, ibi, *Quibus nullus pudor fuit, rescribe, Quibus visum fuit.* — Et mox ibi, *Quem suporem, rescribe, Quem numerum.* — Cap. De anno Alexandro Iudaeorum, in fine, pag. 404. D. ad finem, post illud, *Commen sunt, dele usque ad finem capituli.* — Cap. De primo anno Chaldaeorum, pag. 406. B. ante medium, post illud, *Quis Oedipus hac solvitur? dele usque ad, Nam de superioribus, exclus.* — Et mox, post illud, *Locus facile dele usque ad, Ut dicamus, exclus.* — Et finem, post illud, *Nisan antecedenti, dele usque ad, Nam prius volumen, exclus.* — Et post inferius, C. à medio, post illud, *Mendacissimum, dele usque ad, Anno Nabonassar, exclus.* — Cap. De initio Caesaris Augusti, pag. 417. B. à medio, ibi, *Deinde duo, dele usque ad, mox, ibi, Seculi lumina, pro, lumina, scribo lumen.* — Cap. De initio Herodis magni, pag. 418. C. à medio, ibi, *Hac accurate à nobis, dele, Accurate.* — Cap. De excessu Herodis, pag. 419. sub initium, post illud, *Sex autem leges, dele usque ad, Non tam miror, excl.*

## LIB. VI.

Pag. 503. D. ad finem, post illud, *non in dicina, dele omnia usque ad illud, pag. 504. C. post*

INDI  
Libro  
PROHIB  
E  
=4



C. post medium, *Simile est quod ex Luca idem Eusebius*, exclus. Cap. De anno Natalis Domini, pag. 508. A. initio, post illud, *In litteras retulerunt*, dele usque ad illud pag. 510. B. in medio, *De anno autem ita censuerunt*, exclus. — Eodem cap. pag. 511. C. à medio, post illud, *Nisi error sit librarij*, dele usque ad illud, pag. sequent. initio, *Tres igitur secte*, exclus. — Et mox, ibi, *Auctore, Mendosissima*, dele, *Mendosissima*. — Et ibi, *Prima, & verissima*, dele, *Et verissima*. — Eodem cap. pag. 513. B. ante medium, post illud, *Tantum 1597*, dele usque ad, *Sed inquant alijs*, exclus. — Eodem cap. pag. 514. A. sub initium, post illud, *Apud Epiphanium*, dele usque ad, *à nato igitur Christo*, exclus. — Cap. *Primum Pascha*, titulo, *Tempus prime Azymorum*, pag. 518. C. in medio, post illud, *Annus Iulianus LXXIV*, dele usque ad, *Computi hodierni*, exclus. — Cap. *Secundum Pascha*, titulo, *Tempus prime Azymorum*, pag. 520. post medium, post illud, *Annus Iulianus LXXV*, dele usque ad, *Computi hodierni*, exclus. — Cap. *Tertium Pascha*, titulo, *Tempus prime Azymorum*, pag. 522. C. à medio, post illud, *Annus Iulianus LXXVI*, dele usque ad, *Computi hodierni*, exclus. — Cap. *Quartum Pascha*, titulo, *Tempus prime Azymorum*, pag. 524. C. à medio, post illud, *Annus Iulianus LXXVII*, dele usque ad, *Computi Dionysiani*, exclus. — Cap. *Quintum Pascha*, titulo, *Tempus prime Azymorum*, pag. 526. A. initio, post illud, *Annus Iulianus LXXVIII*, dele usque ad, *Computi Dionysiani*, exclus. — Capit. *Veterum meditationes*, &c. p. 528. D. in fine, post illud, *Vt lector animadverteret*, dele usque ad, *Quia veram epocham*, excl. — Cap. *Residua passionis Dominice*, pag. 537. C. à medio, mox, post illud, *Simillima sunt*, dele usque ad, *Sexcentis argumentis*, exclus. — Cap. *Reliquum Danielis de Temporibus Antichi*, &c. pag. 548. C. versus finem, post illud, *Danielis allucent*, dele usque ad finem cap. & pag. — Cap. *De Hebdomadibus Danielis*, pag. 555. A. post initium, ibi, *Ab otio monacho*, dele, *Monacho*.

## LIB. VII.

Pag. 613. A. sub initium S. *Et obsegnatam visionem*, post illud, *Pollutum templum*, dele usque ad, *Auctor libri prestantissimi*, exclusivè. — Ad finem earum Annotationum, p. 615. S. *Exilium Francie*, post illud, *Nihil perfectius in eo genere*, dele usque ad finem pag. & Annotationum. — Cap. *Catholica*

*Temporum*, pag. 735. C. à medio, post illud, *à conditu rerum*, dele usque ad, *Ad annum primum Dionysij*, exclus. — Et paulò inferius, post illud, *à nato Messia*, usque ad, *Incipit secundum Dionysium*, exclus. — Capit. eodem, pag. 736. C. versus finem, post illud, *In Chaldaea*, dele usque ad, *Sine ulla Republica*, exclus.

## IN NOMENCLATORE AVCTORVM.

*Dionysij Areopagita nomine Libri*, dele; *Nomine*. — *Dionysius Exiguus*, &c. errores, dele; *Errores*.

## IN INDICE RERVVM, DELE.

*Iudei merito Christianis*, &c.

## IN CHARACTERIBVS TEMPORVM.

Pag. XLIX. ad medium, post illud, *Veteres odorati sunt*, dele usque ad, *Sed de hoc*, exclus. — Pag. LIII. ante medium, post illud, *Credidit iure merito*, dele usque ad, *titulum* pag. seq. In Appendice addendum, excl.

EIVSDEM Nota, & Castigationes in *Chronica Eusebij Cesarieris*, atque eiusdem Scaligeri, *Isagogicorum Chronologie Canonum*. Libri tres. Lugduni Batavorum, apud Thomam Basson, 1606.

In ipsa prima operis inscriptione, post illud, *Iosephi Scaligeri*, adde, *Auctoris damnati*. — Et paulò inferius, post illud, *Et Græca Eusebij*, adde, *Prohibita quidem, sed cum expurgatione permixta*. — Et post illud, *De temporibus admodum necessarij*, adde, *Prohibita quidem, sed cum expurgatione permixta*. — In Prolegomenis pag. 3. ante medium, post illud, *In altero Kainan*, expunge, usque ad illud, *Hoc igitur*, exclus. — Et ibi, *Hoc igitur institio Kainan*, dele, *Institio*. — Et paulò post, ibi, *Est ille Kainan*, ut certe est, dele, *Vt certe est*. — Et mox, post illud, *Sed quia*, dele usque ad, *Sciret neque in*, exclus. — Et statim, ibi, *Consensui veterum*, dele istud, & rescribe, *Ijs*, & inferius, post medium, post illud, *Quam ipsi Septuaginta*, dele usque ad, *Annos Patriarcharum*, exclus. — Pag. 13. initio, post illud, *Iosephus 618. 19.* dele usque ad, *Rursus ex prepostera*, exclus. — Pag. 25. post illud, *Sed accepissemus*, dele omnia usque ad illud, *Itaque quum desperandum*, exclus. — Post Prolegomena, statim, deleatur omnia Carmina, Panegyrici, Epigrammata, cum titulis, per duodecim integras paginas, usque ad inscriptionem, *Eusebij Pamphili*, &c. excl.

## EX ANIMADVERSIONIBVS IN CHRONOLOGICA EUSEBIJ.

Pag. 5. col. 2. ante medium, post illud, K k k 2 Nota-

CES  
cum  
TORU



Notatus ex dono, dele usque ad illud, *Marquardi Freheri*, exclus. — Pag. 8. colum. 2. post medium, ibi, *Scribebat Hieronymus*, anno vero Christi CCCLXXXI. *Eusebiano*, &c. dele, *Vero*, & CCCLXXXI. — Pag. 14. col. 1. ad finem, post illud, *Et Cornel. Tacitus admonuerunt*, dele omnia usque ad illud initio sequentis columnæ, *Quid facient, quum tot*, exclus. — Pag. 19. col. 1. initio, post illud, *Prelia*, dele usque ad, *Ibidem Reges Egyptiorum Pastores, Iosephus in Appionem*, exclus. — Pag. 64. colum. 1. ad finem, post illud, *Ne odoratus quidem erat*, dele omnia usque ad illud, colum. sequentis, *Ibidem Æschyli*, exclus. — Pag. 72. col. 2. paulò inferius, post illud, pro *Hebræa Acimona*, dele usque ad illud, *M. CCCVII. Nicomedia*, exclus. — Pag. 85. col. 2. parum à medio, post illud, *De Emendatione Temporum*, dele usque ad, *M. CCCCLXXXV. Isthmia*, exclus. — Pag. 87. col. 1. ad medium, post illud, *Patris Nabuchodonosori*, dele usque ad, *M. CCCCLIX. Chilo*, exclus. — Pag. 99. col. 1. post medium, ibi, *Ex Apocryphis duo Ecclesiastici*, dele, *Ex Apocryphis*. — Pagina 124. col. 1. ad medium, post illud, *Postremo ediderunt*, dele usque ad, *Institutum solemnem*, exclus. — Pag. 126. col. 2. ad medium, post illud, *Quem vocant Panareton*, dele usque ad, *Et dubium non sit*, excl. — *Ibidem*, post medium, ibi, *Commene 3. corriges*, dele, *Corriges*. — Et paulò post, dele illud, *Pessimè*. — Et ad finem colum. post illud, *Et in Psalmis*, dele usque ad illud sequentis columnæ, *M. CCCLXXXIX. XI. Fermè milia*, excl. — Pag. 131. col. 2. à medio, post illud, *Maccabaica, VI. 2.* dele usque ad, *Ibidem ipsis Samaritanis*, exclus. — Pag. 150. col. 2. ante medium, post illud, *Non qui generatus est*, dele usque ad, *Deinde illud*, excl. — Pag. 160. col. 1. 17. ante finem lineis, post illud, *Ultra Palilia ille sequitur*, dele usque ad, *Ibidem Quirinus*, exclus. — Pag. 160. col. 2. ad finem, post illud, *Nemo dubitare potest*, dele usque ad illud sequentis columnæ, *Ibidem Quirinus*, exclusivè, sequentis colum. §. — Pag. 161. colum. 1. in fine, post illud, *Quingennij metachronismus*, dele usque ad illud sequentis columnæ post initium, *De natali Dominico, ita*, exclus. 16. lineis deletis. — Pag. 162. colum. 1. vers. finem, post illud, *Herodes morbo aqua intercutis*, dele usque ad, *Porro, & Iosephus*, exclus. — Pag. 168. col. 2. ante medium, ibi, *Sed in divinis*, dele, *Divinis*. — Pag. 171. col. 2. ad finem, post illud, *Libro octavo, apo-*

*dez 250. dele usque ad illud, Sed vide de historiæ*, exclus. — Pag. 175. col. 1. ante medium, ibi, *Odoratus est summus vir*. — Pag. 178. col. 2. ad finem, ibi, *Est enim ex Pseudepigrapha*, dele, *Pseudepigrapha*. — Pag. 188. col. 2. initio, post illud, *Serena*, &c. dele usque ad, *Ibid. Clementis*, exclus. — Pag. 208. col. 1. ibi, *Divinis Augustam*, dele, *Divinis*. — Pag. 212. col. 1. initio, post illud, *Quam alij differunt*, dele usque ad, *Adferam locum*, exclusivè, dele usque ad, *Argumentum facis*, dele usque ad, *vocem Græcam*, exclus. — Pag. 242. col. 2. à principio, post illud, *Qua hic alia*, dele usque ad, *Malui tadium describere*, exclus. — Et ad fin. col. post vocem *Græcæ Paritheta*, &c. dele usque ad, *Quia Gigantibus*, exclus. — Pag. 255. col. 1. te med. post illud, *Difficile est variari*, dele usque ad, *Nam erratis*, exclus. — Pag. 260. col. 1. initio, post illud, *Græco Euphronis*, dele usque ad, *Quanta iactura*, exclus. — Et hoc expunctorum reponere, *Alisum Colubono accepimus*. — Pag. 267. ad finem, post illud, *Nobis communicavit*, dele usque ad, *illud pag. seq. Quum tenuis fructus*, &c. excl. — In Indice, pag. 284. col. 2. in fine, ibi, *cat virginem, que erat nupta*, dele, *que nupta*. — Pag. 285. col. 1. ad finem, ibi, *genis mendacium*, dele, *Mendacium*. — Et ibi, *Imposuit illi Clemens*, dele, *imposuit illi*. — EIVSDEM Isagogicorum Chronolog. Canonum libri tres, superiori Theodori adiuncti.

In Prolegomenorum inscriptione, post illud, *Isagogicos*, dele omnia, usque ad, *negare potest*, excl. — In Prolegomenis 2. post med. ibi, *Lucumonis somnia*, dele, *Lucumonis*. — Pag. 121. ante med. post illud, *C. ad bisextum ab Augusto reformatum*, dele usque ad, *C. V. ad V. annum*, dele, *excl.* — P. 171. ipso initio, post illud, *Etura corrueret*, dele usque ad titulum, *et*, excl. — *Ibid. circa mediū, post illud, mines huius seculi*, dele usque ad, *Cum ratio*, excl. — Pag. 172. ante medium, post illud, *Diem ferè confurgit*, dele usque ad, *primo anno Diocletiani*, excl. — Et paulò inferius post, à quarto ad quartum, dele usque ad, *Porro nulla mentio*, exclus. — Pag. ante medium, post illud, *Esse recte*, dele usque ad, *VI. Iustrum Romanum*, exclus. — Pag. 174. post medium, post illud, *Acceptum referimus*, dele usque ad, *ra Dominicalis*, exclus. — Pag. 176. col. 1. ca finem, post voces *Græc. Cui panegyricus*

INDI  
Libro  
PROHIBI  
E. V  
= 4



dele usque ad, *Tabula secunda*, exclus. — Pag. 179. ad medium, post illud, *In rationibus Luna, & contra*, dele usque ad, *In Kalendis igitur*, exclus. — Pag. 180. ipso initio, post illud, *Que indicat omnia novilunia Martij*, deleantur omnia usque ad illud, initio pag. 183. *Huc usque sermo de Epactis*, exclus. per quatuor integras paginas. — Pag. 185. ante medium, post illud, *Quam unum diem*, dele omnia usque ad illud ad finem pag. *At eas aliquando castigatione*, exclus. — Pag. 186. initio, post illud, *Characterisimi neomenie prime*, expungantur omnia, usque ad illud pag. 188. post medium, *Tabula characterisimi Noviluniorum*, exclusivè, per duas paginas, & plusquam dimidiam. — Pag. 188. circa finem, post illud, *Is Adar hoc seculo est Paschalis*, dele omnia usque ad illud pagine sequentis, post initium, *Ad nostra Tabula posteriorem*, exclus. — Pag. 189. ad finem, post illud, *Sive 304. annos*, dele usque ad, *Modus autem mutationis est*, exclus. — Pag. 190. ante medium, post illud, *Novilunium anteverit*, dele usque ad, *Ne longè exempla petamus*, exclus. — Ibidem ad finem, post illud, *Quas exposuimus*, dele omnia usque ad, *II. Epacta equabilis*, exclus. — Pag. 191. ante medium, post illud, *Non quem meruit*, dele usque ad, *III. Primum novilunium*, exclusivè. — Ibidem ad medium, ferme post illud, *Corrumpantur necesse est*, dele usque ad, *IX. Metaboli*, exclus. — Et in fine, post illud, *Semper IV. Luna*, dele usque, *XVI. Citimus terminus*, exclus. — Pag. 191. ante medium, post illud, *Has duas diffinitiones*, dele usque ad, *XVII. Epacta mensium*. — Et ad finem pagine, post illud, *Vno tantum die peccatur*, dele usque ad finem pag. — Pag. 197. parum à principio, post illud, *Vt patet ex Tabula proposita*, dele omnia, usque ad illud, sequentis pag. ante mediū, *Porro septenarij numerus*, exclus. — Pag. 198. statim à mediō, post illud, *Nescio quid rhion, habet*, dele usque ad, *Nunc ad cyclum anni celestis redeo*, excl. — Ibidem ad finem, post illud, *Anno exacto intercalatur*, dele usque ad, *Sic non dubito*, exclus. — Pag. 201. ad finem, post illud, *In usum anni Romani*, dele usque ad, *Sanè altera perodus*, exclus. — Et in fine pagine, post illud, *Ea via*, dele usque ad, *Non quicumque*, exclus. — Pag. 203. paulō à principio, post illud, *Ea est feria æquinoctij*, dele usque ad paragra. hom, *Tabula secunda precessionis*, excl. — Ibidem circa medium, post illud, *Feria tertia hora nulla*, dele usque ad, *Secun-*

*dum bisextum*, exclus. — Et circa finem, post illud, *Diei consummatum esse*, dele usque ad §. *Tabula tertia moræ lunaris*, excl. — Pag. 204. ipso initio, post illud, *Vt in anno Iuliano*, dele usque ad, *Construximus etiam*, exclus. — Pag. 205. ante medium, post illud, *Epacta crescit, ac decrescit*, dele usque ad, *Vt igitur epactæ castigantur*, excl. — Ibidem versus finem, post illud, *Capita referuntur*, dele usque ad §. *Tabula quarta characterisimi*, exclus. — Pag. 206. initio, post illud, *Egyptiacum constituit*, dele usque ad, *Ea differentia*, exclus. — Ibidem circa medium, post illud, *Competat intercalario*, dele usque ad §. *VII. Cyclus Solis*, exclus. — Ibidem post medium, post illud, *Ad proigumena*, dele usque ad, §. *X. Character anni Tropici*, exclus. — Pag. 207. non longius ab initio, post illud, *Seculo currit*, dele usque ad §. *XII. exclus.* — Pag. 208. initio, post illud, *Quia revera esset Panoeleus*, dele omnia usque ad §. sequentis pagine, circa medium, *Canon septimus*, exclus. — Pag. 211. non procul, initio post illud, *& alia præterea*, dele usque ad, *Quia vero lune*, exclus. — Ibidem parum à medio, post illud, *Primo anno Iudaico*, dele usque ad, *Quamvis hodie*, exclus. — Pag. 212. circa finem, post illud, *Excedit modum mensis Lunaris*, dele usque ad, *Nam post quintam Februarij*, exclus. — Et paulō inferius, post illud, *Ad quem epactas dirigimus*, dele usque ad, *Esso primus*, exclus. — Pag. 213. non longè à principio, post illud, *Solari, & Tropico*, dele usque ad finem pagine, & §. sequentis, *Canon tertius*, exclus. — Pag. 216. ad finem, post illud, *Sermonem conversa fuerit*, dele usque ad, *Sed vide quid*, exclus. — Pagin. 219. ad finem, post illud, *Kalendario Genebrardus*, dele usque ad, *Putavit, &c.*, exclus. — Et statim post illud, *Quotidianum sacrificium*, dele usque ad, *Idem etiam*, exclus. — Pag. 222. ad mediū, post illud, *Annum sequentem incipiat*, dele usque ad, §. *III. Character Cycli*, exclus. — Pag. 223. initio, post illud, *Noctis antecedentis inisse*, dele usque ad, *Quia vero*, exclus. — Pagin. 224. ante medium, post illud, *Embolimæus fuerit defectivus*, dele usque ad titulum, *In caput septimum*, exclus. — Pag. 226. ad finem, post illud, *Muharram autem sequentis*, dele usque ad illud pagine sequentis initio, *Hæc ergo Tetractis*, exclus. — Pag. 231. ad finem, post illud, *XIX. eiusdem mensis*, dele omnia usque ad §. seq. pagine, *Neomenia Enneade caeteridos*, exclus. — Pag. 234.

CES  
um  
TORU



circa medium, post illud, *Constantiam methodi nostra*, dele usque ad, *Omnis autem*, exclus. — Pag. 239. non procul initio, post illud, *Est hac triaco tacteris Arabica*, dele usque ad, *Vides igitur in exemplo*, exclus. — Et versus finem, post illud, *Epactarum equalitium*, dele usque ad, *Postquam usum Tabule*, exclus. — Pag. 268. parum à med. post illud, *Poterunt scire*, dele usque ad, *Quare in CCCC.* exclus. — Pag. 269. parum a principio, post illud, *Compleat dies XXX.* dele usque ad, *Sed ne ment.* exclus. — Pag. 275. non longè à principio, post illud, *Ecclesia Constantinopolitana*, dele usque ad, *Vititur*, & circa medium, post illud, *Erunt 5509.* dele usque ad, *Nam ut diximus*, exclusivè. — Pag. 277. ad finem, post illud, *Sit annis 189.* dele usque ad, *Porro quod in*, exclus. — Pag. 280. ante medium, post illud, *ann. 344. Scribere*, dele usque ad illud, *XIX. Ad initium regni*, exclus. — Pag. 282. circa medium, post illud, *An aliquis advertit*, dele usque ad illud, *XXVIII.* *Ad primum annum* exclus. — Et ad finem, post illud, *Alteri persuafero*, dele usque ad, *Porro anni Iudaei*, exclus. — Pag. 298. ad finem, post illud, *Erat 4597. Periodi Iuliane*, dele omnia usque ad §. pag. 302. post initium, qui incipit, *CIIII.* *Ad excessum Herodis*, exclus. per tres integras paginas, & amplius. — Pag. 302. versus finem, post illud, *Ad eram Christi Dionysianam*, dele usque ad, *Quia hanc eram*, exclus. — Pag. 304. in fine, ibi, quem, *Falso putavit esse*, dele, *Falso.* — Pag. 324. versus finem, post illud, *Encenia institutum XXV. Casleu*, dele usque ad, *Iosephus 370.* exclus. — Pag. 341. versus finem, post illud, *Aureo numero IX.* dele usque ad, *Anno periodi Iuliana 6327.* exclus.

#### EX INDICE IN III. LIBROS CANONVM Isagogicorum.

Dele sequentia. — *Canones nomine Apostolorum suppositi*. — *Canones nomine Clementis commentitij.* *Chrysostomi error*, & omnia quæ deinceps sequuntur, usque ad illud, *Clementis Alexand.* exclus. — *Epactarum Clavianarum Elenchus.* — *Epiphani error.* — Post illud, *Genebrardus monachus*, dele usque ad num. 219. excl. — *Maccabaici secundi error.* — *Pascha remotissimum olim*, &c. usque ad, *Pascha*, exclus. — *Terminus remotissimus*, &c. usque ad, *Theset initium*, excl.

EIVSDEM Iosephi Scaligeri, *Elenchus Tribaresij Nicolai Serarij.* *Franckeræ*, ex-

cudebat Aegidius Radæus, *Ordinum Fidei Typographus*, 1605.

In prima operis inscriptione, post illud, *Iosephi Scaligeri*, adde, *Auctoris damna*. — Et post illud, *Animadversiones contra*, dele omnia usque ad finem inscriptionis, & in locum expunctorum substitue, *prohibita cum expurgatione permessa.* — Deinde præcidatur tota Epistola Iosephi Scaligeri ad Ioannem Drusium, cuius initium, *Quoties mihi in mentem venit*, &c. — Cap. 2. pag. 26. initio, post illud, *Hieronymus ad Augustinum*, dele usque ad, *pag. 13. citantur verba nostra*, exclus. — Eodem cap. pag. 27. ante medium, post illud, *Negotiationibus esse.* Denique, dele usque ad, *Iudæis Rabbaneis istos*, exclus. — Et cap. pag. 28. initio, post illud, *Non esse arbitrari*, dele usque ad, *Videmus Kaaraim*, exclus. — Cap. 3. pag. 29. initio, capitis, post illud, *Sunt Huguenotti*, dele usque ad, *Ex Rabbano, Genisti dicitur*. — Cap. 4. pag. 39. initio, post illud, *Libertate carit*, dele usque ad, *Munsterus*, & post vocem, *Munsterus*, dele usque ad, *In prima ne, quæ*, exclus. — Cap. 5. pag. 47. initio, post illud, *Sed omnia sciebat Serarius*, dele usque ad, *Et autem Munsterus*, exclus. — Et ad finem eiusdem pagina, post illud, *acutissimus*, dele usque ad, *Hoc non advertit*, exclus. — Eodem cap. p. 49. ad finem, post illud, *Insignis locus effugit*, dele usque ad, *Dicit se non curare*, exclus. — Eodem cap. pag. 50. initio, post illud, *In medium ferret*, dele usque ad, *Concludit deinde*, exclus. — Eodem cap. & pag. ad finem, post illud, *mine dicti sunt*, dele usque ad illud, *sequent.* pag. *Claudii librum egregia*, exclus. — Eodem cap. pag. 52. à medio, post illud, *dicam ridiculum*, dele usque ad finem capitis. — Cap. 6. pag. 54. à medio, post illud, *Interpretis, inquiet*, dele usque ad, *Sed in*, pag. 48. excl. — Eodem cap. pag. 54. ante medium, post illud, *Et alia, non habet*, dele usque ad illud, *Pag. 52. Abrebra*, exclus. — Cap. 7. pag. 59. ante medium, post illud, *Non adduxisset*, dele usque ad, *sequenti pagina maior*, exclus. — Cap. 8. pag. 64. ibi, *Immo in malam partem*, dele, *In malam partem si.* — Eodem cap. & pag. ad finem, post illud, *Erant Serarius*, dele usque ad, *Etiā hodie*, exclus. — Cap. 9. pag. 70. in medio, post illud, *Nihil Iocularius*, dele usque ad, *In solum Rabbini*, exclus. — Eodem cap. pag. 74. in fine capitis, dele verba illa, *Sunt autem*

INDI  
Libros  
PROHIBI  
E V  
= 4



*mina Societatis.* — Cap. 10. pag. 81. sub initium, post illud, *Causam reddiderit*, dele usque ad, pag. 78. *Aperum*, exclus. — In tit. cap. 11. pag. 81. ibi, *Serarius iniquè Cornarium*, dele, *iniquè*. — Cap. 11. pag. 82. ad finem, ibi, *Quem iniuste carpit*, dele, *iniuste*. Deinde post illud, *Carpit Serarius*, dele usque ad, *Sententiam concepit*, exclus. — Eodem cap. pag. 83. ad medium, ibi, *Iniquè, inquam, Cornarium reprehendit*, dele, *Iniquè, inquam*. Deinde, ibi, *Epiphanius rectè interpretatus est*, dele, *rectè*. — Eodem cap. pag. 83. ad finem, post illud, *Planstris convehuntur*, dele usque ad, *Cap. vero VIII.*, excl. — Eodem cap. pag. 87. ad finem, post illud, *novum eris Pharisæicum*, dele omnia usque ad finem capit. — Cap. 12. pag. 89. sub initium capit. post illud, *Qui vocantur Farisei*, dele usque ad illud, pag. 91. in med. *Capit. 11. Quando ceperunt*, exclus. — Eodem cap. pag. 91. in fine, post illud, *Quia summi viri*, dele usque ad, *Non est peccare*, exclus. Eodem cap. pag. 92. sub initium, post illud, *Amen Theologi?* dele usque ad, *Pag. 124. Multis de causis*, exclus. — Capit. 14. pag. 101. à medio, post illud, *Pauli Fagij*, dele usque ad, *Hebi Hadrianum*, exclus. — Eodem cap. pag. 103. ante medium, post illud, *Interpretationem non sequi*, dele usque ad, *In IV. coronam pro lege*, exclus. — Eodem cap. pag. 105. ante medium, post illud, *Pro titulo habetur*, dele usque ad, *XXV. Non invenit taciturnitate*, exclus. — In titulo cap. 15. pag. 106. dele verba illa, *Insolentia Serarj.* — Deinde dele ab initio capit. 15. inclus. usque ad illud, *De Sadduceorum autem nomine*, exclus. — Eodem cap. pag. 107. à medio, ibi, *Quem ineptissime Serarius*, dele, *ineptissime*. — Eodem cap. pag. 108. sub initium, post illud, *Quo quid absurdum?* dele usque ad, *Denique de Dista*, excl. — Cap. 16. pag. 116. ante medium, post illud, *Non parum errant*, dele usque ad, *Benjamin mentitur Samaritas*, excl. — Eodem cap. pag. 117. in medio, post illud, *Vbi ego de Postello?* dele usque ad, *Propterea confugit*, exclus. — In fine eiusdem pag. post illud, *à festivissimum caput*, dele usque ad, *Pagin. 149. Ex Iosepho*, exclus. — Eodem cap. pag. 120. sub initium, post illud, *Angelam, & Spiritu Sancto?* dele usque ad, *Quia injur veteribus*, exclus. — Eodem cap. pag. 121. à medio, post illud, *Præter nos produxit*, dele usque ad, *Pag. 153. Unde aliquando*, excl. — Eodem cap. pag. 122. à medio, post illud, *Disputatione nulli rei*, dele usque

